SI superiori hunc. Gal. in isto cōmēto primo cōtinuat istum apho. cum superiori. 2° ampliat ipsum cum verificatione. ibi 2ª (Nō solum.) pria pars patet: ex quo itelligitur ꝙ ī presenti apho. senes cronicis egritudinibus commori intelligitur maxime modo 2° exposito in 4° nōbili ¶ De parte 2ª dicit ꝙ senes non solum commoriuntur brancis ⁊ corrizis s3 multis alys egritudinibus. verbi gratia. podagra que est dolor iuncturarum plurium siue pedum siue aliorum membrorum. Sciatica que est dolor iuncture anche. que iunctura vocatur scia friditas intestinorū: de qua tamen singulare capitulum ab Auic. non iuenies. sed recurrēdum est ad curam male complexionis frigide stomaci. ¶ Ego autem vidi parme duos senes ad tabem perduci ex hoc morbo qui semper flegmata mucilaginosa cu3 duro stercore ⁊ tarde egrediente emittebant ⁊ cōicata passione stomaco peruenerunt ad ablationem digestionis ⁊ difficultate3 deglutiēdi. ⁊ est egritudo in senibus mala valde. ¶ Asma est egritudo officialis propter repletionem cānularum pulmonis impediens ⁊ difficilem faciens anhelitum. ¶ Tussis ē motus pectoris ⁊ pulmonis concussiuus ad rem nocente3 expellendā. gibbositas est tortio spine ad āte vel retro vel latus: ⁊ certi aly morbi similes istis in hoc ꝙ sunt duri ad sanandum in iuuenibus quanto magis in senibus: ⁊ sic habetis causam ⁊ aphorismi amplitudinem ⁊ verificatione3.

¶ Aphorismus. XLI.

QUi exoluunt̄ frequēter ⁊ fortiter sine manifesta occasione: repente moriūt̄.

¶ Apho. conclusio est ista. Qui sincopizant fortiter ⁊ frequenter moriuntur subito. probatur. q2 ī istis ē fortis cā ꝓstratiua ꝟtutis ꝓpe cor. ⁊ virtus ipressionis ñ potēs resistere. g̊ ꝯña nō: ⁊ assūptū patebit. ⁊ similē sniam colliges. xi. terty. caplō ð sincopi ⁊ signis ei9. ¶ Nō primo ꝙ per eos qui exoluūtur itelligere debemus illos qui sincopim patiūtur. ¶ Nō 2° ꝙ sincopis ðscripta ē pticula prima. i° apho. 23°. que egerūtur. Et tu ibi vide per me nōta in questione posita in cōmēto de sincopi ⁊ descriptione sua ⁊ causis. ¶ Nō 3° drīam inter sincopim lipotomiā ⁊ casum virtutis et estasim ibi positam. ¶ Nō 4° generales causas in quibus omnes sincopes cōueniunt; que vt ibi dicitur sunt tres. Aut. n. fit sincopis ex motu spūs vitalis ad interiora. Aut 2° fit ex prefocatione eius ⁊ prohibitione sue expulsionis. Aut 3° fit propter paucitatem ⁊ subtilitatem eiusdem. ¶ Ex quibus tribus causis videbis drīam insequentibus aphorismis inter sincopim apoplexiam epilepsiam et prefocationem matricis. sed multotiens cū prefocatione matricis accidit sincopis. ¶ Nō quinto ꝙ sincopis dicitur fortis duobus modis. vno mō: q2 valde multe auferuntur operatiōes sensibiles ⁊ motiue. 2°. q2 ab hac ablatione operationum difficulter corpus releuetur. ⁊ pōt addi tertius modus in quo isti ambo coniunguntur: ⁊ secūdum hunc tertiu3 modū maxime verificat̄ apho. ¶ Nō sexto ꝙ sincopim dicimus frequentem propter paruitatē temporis interuenientis inter vnā sincopim ⁊ alia3. ⁊ ideo in frequenti sincopi includitur ꝙ sint multe. ¶ Nota septimo ꝙ sincopis qñq3 fit a causa manifesta. i. percussione fumo venenoso potu rei habentis hoc facere: sicut veneni modo talem non oportet esse mortalem. quandoq3 vero ꝓuenit a causa corporea. ⁊ hoc aut per cōmunitatem. aut per proprietatem. nam cor cōicat ori stomaci ⁊ tali cum cōiungitur colligantia vt materia mala colerica in eo contenta mordicationem faciente fortem cor ad se retrahit spiritum. ita vt inde sincopis sequatur: qñq3 tamen fit propter proprietatem: quia propter nocumentum cordi proprium. Item cum propter cōmunitatem accidit qñq3 est per cōmunitatem membri vicini qñq3 per cōmunitatem membri distantis: vt in forti dolore. Ad propositum maxime fit a causa intrinseca sincopis fortis et frequenter: quandoq3 fit per cōmunitatem aut proprietate3 membri multū cordi vicinantis. ¶ Nō octauo ꝙ causam ⁊ materiā sincopi3 faciente3 forte3 virtus conatur eycere. ⁊ ideo si perseuerat in faciendo sincopim frequentem sigm̄ est ꝙ virtus illam materiam non potest vincere vel a loco nobili propellere. ⁊ ideo significat huiusmodi materie dominium supra virtutem. ¶ Ex his igitur patet p'io quare hypo. dixit fortiter ⁊ frequenter. patet 2° cā verificans apho. cu3 iste cōditiones fuerint seruate. nam quia sincopis est fortis significatur fortitudo cause. ⁊ quia frequens significatur vicinitas eius ad cor ⁊ virtutis impotentia ad dñandū materiei: ⁊ quia illa facit sincopim significatur ꝙ pugna ē fortis. mō cum pugna est fortis cito terminatur: ⁊ cu3 virtus succumbit terminatur ad mortem. ⁊ ideo isti cito moriuntur ⁊ valde celeriter.

Circa hanc litteram queritur propter quid sincopizantes fiunt liuidi vel virides. Respondetur ꝙ hoc est propter paucitatem caloris in exterioribus hora sincopis. ¶ Secundum dubium propter quid in sincopi torquent collu3: dicitur ꝙ hoc est propter debilitatem virtutis motiue colli. nam cōtinere caput est operatio virtutis motiue: vt habet videri alibi. ⁊ sumitur a Ga. in libro de rigore. ¶ Tertiu3 dubiu3 quare accidit sincopis in forti dolore membri exterioris. videtur enim ꝙ deberet prohiberi. q2 per talem dolorem mouetur spiritus ad exteriora. ⁊ eodem modo queritur de gaudio pernicioso. hic dicitur ꝙ in istis casibus prius multum de spū dissoluitur. ⁊ cum ad multam paucitate3 venerit tunc naturaliter cor depauperatur attrahit ad se: ⁊ tunc reliqua membra depauperantur eo ita vt in operationes sensus ⁊ motus exire non possint ꝙ causis sincopis paulatine approximatis accidit sincopis quasi subito. ¶ Quartū dubium vtrum in morte semper contingat sincopis. ⁊ videtur ꝙ sic cum semper ante mortem ad tantam veniunt spirituum paucitatem ⁊ cordis tantum defectum ꝙ reliqua membra vitali carent spiritu ⁊ priuentur ab exitu inter dictas opationes. ⁊ ꝙ nō arguitur: q2 in morte naturali non debet esse sincopis cu3 nulla dispositio preter naturā sit in ea. hic respondent quidam ꝙ in omni preternaturali morte accidit sincopis. In nāli āt morte ⁊ si sit ðstructio maioris ptis pluriū virtutū ⁊c. tñ tal' nō ē sincopis q2 nō ē

preternaturalis destructio: imo nālis. ⁊ ideo in diffinitiōe sincopis oꝫ addere preternālis destructio ⁊c. 2°. pōt dici ꝙ ī morte nāli precedit sincopis q̄ est nālis. nec magis repugnat nālem esse sincopim q̄ȝ mortē. vel 3°. dicit̄ ꝙ nō semꝑ ante mortem est talis destructio propter defectum cordis dictum. Cōmentū Gal.

Non oēs qui subito. Gal. ī isto cōmēto tria facit. p̄ docet quomō apho. intelligitur. 2°. verificat aphoᵐ per exemplū ⁊ cām. 3°. ostendit que dicantur cause manifeste. 2ª ibi. (Sȝ ex solutis.) 3ª ibi (Sunt aūt.) De prima dicit ꝙ nō oēs q̄ exoluūt̄ frequenter, vel oēs qui exoluunt̄ fortiter. vel oēs qui exoluuntur sine manifesta cā subito moriunt̄: ita ꝙ si diuisiue intelligatur apho. nō est vl'r verus. sed oꝫ ꝙ hec tria. s. frequēter fortiter ⁊ sine manifesta cā ꝑ vna conditione ponat̄: ita ꝙ oīa verificent̄ sil' ad hoc vt inde sequatur significatuȝ. s. ꝙ moriunt̄ subito: ⁊ hoc declaratur per exempla. nam vnus dissolutus fuit in balneo propter fumū maloꝝ lignorū. ex quibus balneū calefactū erat ⁊ nō mortuus est. ¶ Aliꝰ dissolutus fuit minꝰ ī balneo. alius qui modicum comederat in quibus cā fuit defectus oris stomachi: q2 laxitas propter quam faciliter recipit humores ad eum concurrētes: aut nimia illius loci sensibilitas ꝑpter quā ex quolibet cōsueto motu humoꝝ in stomacho fit valde tediosa sensatio non forti existente cā. ⁊ iō omnes iste tres conditiones seruentur ad verificandū apho. ¶ De secūda dicit ꝙ illi qui exoluuntur sine manifesta cā frequenter ⁊ velociter moriunt̄ subito sicut accidit vni qui cum sincopiçaret tremorem cordis passus est ⁊ mortuus est, ⁊ ita semper apparet. ⁊ cā q2 nimia dissolutio ꝑꝑ cordis ꝑpriā passionē accidit q̄ fit frequens ⁊ fortis ⁊ sine manifesta causa significat semper nimiam dissolutionem. i. lesionem factam in locis proximis cordi que cum ad coꝛ venerit sequitur moꝛs. ¶ De parte 3ª dicit ꝙ manifeste cause sunt occasiones fluxus vētris emissio sanguinis ⁊ debilitatio longe egritudīes talia istis existentibus a leni aliqua causa potest sincopis cōtingere que poterit faciliter tolli: ita vt inde nō sequat̄ moꝛs.

Aphoꝛismus XLII.

Appoplexiam soluere fortem impossibile est.

¶ Hypo. in isto aphoꝛismo intendit duas conclusiones. 2ª ibi. (Debile vero.) Prima conclusio est ista, impossibile est curare fortem appoplexiam. ꝓbatur. quia in forti appoplexia virtus cerebri est vltimate oppꝛessa; ⁊ ab operibus suis animalibus prohibita. ergo cōsequentia ⁊ antecedens declarabuntur statim in notatis. Similem sententiam habemus prima tertij. capitulo de appoplexia. ¶ Nota primo ꝙ hoc nomen appoplexia ſm propriam significationem significat letalem percussioneȝ sed medici transmutant vocabulum ad significanduȝ accidens vel egritudinem qđ accidit hominibus: ac si essent percussi letaliter. ⁊ scđm modum accipiendi medicoꝛum describitur vario modo ab eis. sed alijs omissis ponam Galieni descriptionem. tertio de accidenti. ⁊ Auicēne prima tertij. ¶ Galienus hoc modo describit. Appoplexia ē mollities coꝛpis cū ablatiōe regitiue virtutis. ⁊ ꝑ v̄tuteȝ regitiuā intelligit ibi Gal. v̄tutē aīalē cog̊scitiuā. ⁊ oꝫ ꝙ ad supplēdū ꝑꝑ opilationē cursuū spūs sēsibilis ⁊ motiui vl' ventriculoꝝ cerebri. ⁊ hoc si bene consideret cōuertitur cum illa que ponitur ab Auicē. p̄ma tertij. capl'o de appoplexia. cuȝ dicit. appoplexia est ociositas membroꝝ a sensu ⁊ motu: ꝑpter opilationē contingentē in vētriculis cerebri ⁊ cursibꝰ spūs sensibilis ⁊ motiui vbi per ociositateȝ nō ītelligo absolute ꝑuationē vel ablationē oꝑationū sensus ⁊ motꝰ: sed intelligo ablationē taliū oꝑationū ꝯnotando: ꝙ ꝑpter opilationē dictā causet̄ hec ociositas. ⁊ si hec mēbra. s. sensus ⁊ motꝰ nō sunt cōtracta nāliter. naȝ in appoplexia dꝫ esse mollicies que est impotētia mouēdi sine spasmo. pȝ ꝙ nō opȝ talia mēbra esse ꝯtracta. ⁊ hoc modo Gal. diffinitio explanat nobis illā Aui. cū dixit mollicies loco ociositatis. ⁊ Aui. limitat illā Gal. ad mollicē ex opilatione ꝯtingētē: qđ vt plenius intelligat̄. ¶ Nota 2°. ꝙ mēbra ꝓhibent̄ qn̄qȝ a sensu ⁊ motu ꝑpter opil'onē cum vl'i spasmo vt accidit in epilepsia: ſȝ illa ablatio oꝑationuȝ aīaliū nō vocat̄ appoplexia: ſȝ epilepsia. nā tūc nō eēt veꝝ ꝙ debilē appoplexiā soluere nō eēt facile. Qn̄qȝ aūt ꝑuātur hec mēbra sensu ⁊ motu sine spasmo. ſȝ aut ꝑpter malam cōpl'onē cū qua nō est opil'o: aut ꝑpter defectū p̄mo ī corde. Et qcūqȝ de his modis fuerit nō dr̄ ablatio oꝑationum appoplexia: sed solū quādo fuerit ꝑpter opil'onē contingentē in cursibꝰ spūs sensibilis ⁊ motiui: aut in vētriculis cerebri sufficiētē sine spasmo illā facere. ¶ Nota 3°. ꝙ hoc nomē spiritus sensibilis ⁊ motiuus: qn̄qȝ sumitur pro omni spiritu quo aīa tanq̄ȝ instrumento vtit̄ vel est apta vti ad sensuȝ vel motū volūtariū causandū: ⁊ hoc modo qlibet vitalis spūs est sensibilis ⁊ motiuus. nam ad oēm operationē cōcurrit tanq̄ȝ generale instr̄m anime. 2° mō dicit̄ spūs sensibilis ⁊ motiuus spūs aīalis a cerebro genitus vel modificatus vltra vitalē spiritū pro sensu vel motu requisitus. 3° dicit̄ spiritꝰ sensibilis ⁊ motiuus: non ita large vt p̄mo: nec ita stricte vt 2°. sed vt importat omnem spiritū aīalē ⁊ oēm spiritū qui a corde ad cerebꝝ trāsmittit̄. vt ex eo spūs aīalis generet̄. Et hoc 3° modo sumit̄ hic quō vene appopletice ⁊ artarie que sunt iter cerebrum ⁊ coꝛ dicunt̄ vie siue spūs sensibilis ⁊ motiui; ⁊ oēs nerui: ⁊ vie cerebri per quas ad neruos aīalis spūs demādat̄: sed alie arterie: ⁊ alie vene: lȝ per eas transeāt spūs vitales: q2 tamē non trāseunt per illas illi qui transmittunt̄ a corde ad cerebꝝ: vt in animalē spiritū ꝯuertant̄: nō dicunt̄ cursus spūs sensibilis ⁊ motiui; ꝑpter quod q̄dā ē sincopis ex opilatione aliaꝝ arteriaꝝ q̄ ñ dicit̄ appoplexia: nec sibi cōpetit appoplexie descriptio: cum v̄o claudunt̄ vene appopletice ociositas sequēs dr̄ appoplexia. ¶ Nota quarto. ꝙ hoc nomen appoplexia: qn̄qȝ sumit̄ ꝑprie: ⁊ tūc est vniuersalis ociositas omniū mēbroꝝ a sensu ⁊ motu cuȝ circūstantijs supradictis. ⁊ de hac ꝑprie ītelligit Hypo. qn̄qȝ v̄o sumit̄ spāliter pro cuiuscūqȝ membri motiui mollicie vt habet̄ ab Aui. p̄ma tertij. capl'o allegato. ⁊ īfra. illo ca° qbuscūqȝ lingua repēte intempata sit. ⁊ hoc 2°. modo nō loquit̄ hic. ¶ Nota 5° ꝙ cause appoplexie p̄nt esse multe vt colligit̄ ab Aui. capl'o allegato. sed tñ in hoc ꝯueniunt oēs: si dꝫ facere appoplexiā modo dicto ꝙ per eas ē vniuersalis ociositas mēbroꝝ sensus ⁊ motꝰ: ⁊ ꝙ illius ociositatis causa est opilatio in vētriculis cerebri vel cursibus spūs sensibilis ⁊ motiui. ille igit̄ cause que talē opilationē cū dictis circūstātijs facere possunt sunt causatiue appoplexie: vt frigus forte siue mā̄ coangustans vias spūs: aut doloꝛ ꝑpter quē ꝯcto cerebro claudunt̄ dicte vie: aut repletio: siue cū a̅pate: siue sine a̅pate: tam in vētriculis cerebri q̄ȝ in vijs a cerebro spūs ad alia mēbra vel vijs spūs a corde ad cerebꝝ: ⁊ h̄ sunt colligēda ab Aui. loco allegato ¶ Nota sexto. ꝙ appoplexia quedaȝ est a causa p̄mitiua vt ꝑcussione vel re cōpꝛimēte: vt osse panniculos cerebri cōpꝛimēte. vt erat in dño Jacobo bonino. quedā v̄o a causa coꝛpoꝛea vt repletione. hic v̄o loqmur de appoplexia a causa coꝛpoꝛea ꝑueniēte. nam illa que ꝑcussionē ⁊ compꝛessionem venarum appopleticaruȝ ⁊ malam cōplexionem sequitur: facilius curatur. restat ergo ꝙ loquamur de appoplexia materiali solum per propꝛium cerebri nocumētum cōtingens que est vtplurimum. ¶ Nota septimo. ꝙ

huius apopl'ie causa est p̄sentia materiei multe ī ipso cerebro.nā pauca nō sufficeret facē tātū ipedimētū vt seq̄tur vl'is ociositas.Ex quo pz q̄ ad cām remouendā multū tēpus reqritur.ꝛ qꝛ cerebrū nō est mēbruz calidū. ꝛ talis mā in eo contenta vtplurimuz nō est faciliter digestibilis ideo ampliori tēpore est opus ad dictā causaz remouendam. ¶ Nō 8° distinctionē materierū apopl'ie qn̄qz sumit̄ ex pte cāruz:ꝛ sic nō sumit̄ hic.qn̄qz ex pte intēsionis vl' fortitudinis.ꝛ h̄ mō ītelligit̄ hic ab hippo.distictio inter fortē ꝛ ðbilē:ac si velit vniuersal'r oēm apopl'ie speciē sub istis duabus cōtineri:qð etiā vr̄ inuere Gal.ī commēto.sz bene cōbinādo dicta Aui.ꝛ Gal.hic vident̄ inuenire q̄tuor gradus quoꝝ tres cōprehendunt̄ sub forti apoplexia.ꝛ vnus sub debili.primus ꝛ fortissimus est cū isti apopletici nec mouent̄ nec sentiūt nec ē in eis anhelitus. secundus ē cū respirāt ita q̄ raro anhelāt.ꝛ tūc respirant dure ꝛ angustiose.ꝛ vox ē similis voci strangulati. ꝛ tunc passio ē in 2° loco fortitudinis.Si v̄o anhelitus sit diuersus:nō tn̄ ītrinsecus est ī 3° gradu.Si v̄o anhelitus remaneat vnius ordinis:qꝛ diuersitatē nō habet velociter: tūc apoplexia dicit̄ debilis ꝛ solū hūc q̄rtū gradū sub ðbili cōprehendit.¶ Nota nono q̄ qꝛ pectus mouet̄ p musculos in anhelādo.iō deficiēte ex toto īfluxu cerebri ꝛ multū debilitato musculoꝝ calore p̄uant̄ motu: ꝛ hoc modo ex toto p̄uat̄ anhelitu:ꝛ cū adhuc remanet aliqd v̄tutis ī musculis aīalis mouent̄ saltē nāliter ad pectus dilatādū sz mutato ipedimēto exn̄te modicū mouent̄ ꝛ īordinate: pauco v̄o exn̄te mouentur ordinate.¶ Ex quo pz primo q̄ lz cerebrū nō sit ita p̄ncipale mēbrū sicut cor. tn̄ ei⁹ influxu deficiēte cor morit̄:qꝛ deficit anhelitus.Et iō calor cordis suffocat̄. Ex h̄ pz 2°.quare fortis apoplexia sit incurabilis.nā cū in ea cor male euētat̄:ita vt diu nō possit stare vita cū tali defectu euētatiōis.ꝛ ī tam modico tēpore:quāto pōt cor pseuerare sine ampliori euentatione cā faciens apopl'iam remoueri nō pōt:iō citi⁹ morit̄ q̄ꝫ ad curā possit venire.ꝛ sic est verificata prima conclusio.

¶ Debilem v̄o non facile.

¶ 2ª ꝯclusio.Apoplexia debil' cū difficultate curat̄ .ꝓbat̄ ꝯclusio.huius apopl'ie accn̄tia sunt fortia:ꝛ cā imprimēs difficulter remouet̄:ergo.ꝯn̄a nota.ꝛ assumptū statiz patebit.p̄mo igit̄ nota illā dici facilē apopl'iam ī qua anhelitus apparet ordinat⁹:ꝛ ītelligo p facilē illā merito cui⁹ in corpore etiā tēperato necessitas ad euētandū fieret ordinatus vt dicaz in q̄stione.¶ Nō 2°.q̄ lz talis apopl'ie accidentia respectu accn̄tiū alioꝝ sint leuia.tn̄ absolute sūt fortia vt cōprehendere potes ex descriptōe supra posita. ¶ Tertio nota q̄ cā iprimēs ī cerebrū ita vt īde sequat̄ apopl'ia necessario fortiter iprimit:cuz tn̄ fortia faciat accidētia.Et iō difficulter ē remouibil':vel meli⁹ tn̄ h̄ loq̄t̄ de apopl'ia a cā corporea ꝓueniēte:ꝛ p ꝓprietatē in cerebro.tal' āt ē a mā oppilāte cerebri vētricl'os.aut cū āpate aut sine āpate.si sine āpate nō fit apopl'ia nisi multa existēte mā.ꝛ talis a cerebro difficulter vicit̄ ꝛ a virtute p̄cipiēte cū vtplurimū sit frigida viscosa.Si cū āpate q̄dlibet tale ī cerebro ꝛ difficulter curat̄ . ex his pz cā v̄ificās cōclusionē secūdā ꝛ sumit̄ similis sn̄ia prima terty.q̄nto ca°.de apoplexia vbi iste aforismus allegatur.

VTrum q̄libet fortis apopl'ia sit incurabilis. Negatiue arguit̄ sic .Apoª in q̄ anhelit⁹ non apparet. ꝛ hō iacet q̄si mortuus ē fortissima.sz multe tales sūt curabiles igit̄ apopl'ia fortis est curabilis.Assumptū totū colligit̄ ab Aui.loco allegato cū dixit.aliq̄n accidit vt hō apoplexiā incurrat:ꝛ nō sit dr̄ia īter ipsum ꝛ mortuū: ꝛ nō apparet ī ipso aliqd anhelit⁹:deide reuiuiscit ꝛ sanat̄ nos plures vidim⁹ tales.¶ Secūdo principal'r arguitur omnis debilis apopl'ia ē curabilis.igit̄ aliqua fortis.probo argumentū:qꝛ tantā stat esse proportionē cāe apopl'ie ðbilis ad v̄tutē patientē quāta ē in ðterminata forti: ꝛ q̄ tanta possit eē ꝓportio talis arguit̄ .qꝛ tantā stat esse proportionē in debili apoplexia ad debilē virtutē:quāta ē in forti ad fortē virtutē:cū ī infinitū cōtingat virtutē debilitari.¶ Tertio sic:fortis epilepsia ē curabil' ī q̄ ē anhelitus diuersitatis.igit̄ ꝛ apopl'ia.ꝯn̄a nō ꝛ assumptuz pz:qꝛ si negat̄ ꝯn̄a:det̄ diuersitat' rō.¶ Quarto. fortis subeth est curabilis vt pz p̄ma terty.igit̄ ꝛ fortis apopl'ia.ꝯn̄a tz: qꝛ subeth ꝛ apopl'ia idem sunt:cuz in subeth sit ociositas mēbroꝝ a sensu ꝛ motu:g̊ ꝛc̄. ¶ Quito:fortis syncopis ē curabilis.igit̄ ꝛ fortis apopl'ia. ꝓbat̄ ꝯn̄a:qꝛ non minora sūt accn̄tia ī forti syncopi q̄ꝫ ī forti apopl'ia:ꝛ in mēbro p̄ncipaliori ē nocumētū:puta ī corde.igit̄ citi⁹ ex syncopi tali dz seq mors q̄ꝫ ex apopl'ia:ꝛ difficilius dz remoueri: cū virt⁹ pp nocumētū nobilioris mēbri sit magis ðbilitata. ¶ Sexto arguit̄ q̄ nō q̄libet debil' difficulter curat̄. nā p̄mo seq̄t̄.q̄libet debil' ē difficulter curabil'.igit̄ q̄libet debilis apoplexia ē curabil':qð est falsū. Itē infinite remissa ē aliq̄ debilis apoplexia cū q̄libet ad nō gradū terminat̄.ꝛ p ꝯn̄s ab īfinite remissa cā pōt accidere. ꝛ iō infinite faciliter pōt aliqua apopl'ia remoueri.pz ꝯn̄a cū an̄cedēte.¶ Ultīo:qꝛ ex apoplexia impossibile est venire ad sanitatē.igit̄ nō ē curabilis. Assumptum pz:qꝛ apoplexia aut interficit aut in paralysim transit.

Oppositum dicit hippo.ī aforismo:ꝛ Auic.loco allegato : ꝛ Serapio p̄io breuiary.

In q̄stione faciā quatuor articulos.in p̄io limitabitur descriptio apoplexie. in 2° dabo cōem modū rn̄dēdi ad q̄sitū.in 3° dabo aliū modū q mihi videbitur melior.in 4° mouebuntur difficultates.

Quantum ad p̄mū nota q̄ de re q̄ est apopl'ia duo diuersi īueniunt̄ modi rn̄dendi:q̄dā.n. dicūt apoplexiā eē egritudinem.s.oppilationē vētriculorū cerebri:quā seq̄tur mollities corporis cū ablatiōe vl'i operationū cognoscitiuaꝝ.ꝛ huius sn̄ie vr̄ esse Gordoni⁹. Et ꝯfirmat̄:qꝛ digni⁹ ē ponere curā egritudīs q̄ꝫ accn̄tis neo videmus doctores ponere curā talis oppilatiōis.igit̄ p apoplexiā intelligunt talē oppilationē.¶ P̄. si apopl'ia fuissz isto mō ociositas ꝛ nō oppilatio oportebat nō ðterminare de ea ī p̄ma terty vel ī cap̄ de egritudib⁹ capitis. cū esset accn̄s cōe toti vel saltē oībus mēbris aīatis cui⁹ tn̄ op^m fec̄ Auic.ꝛ serapio ꝛ haliabas ꝛ rasis ꝛ oēs medicie doctores.q̄ si dicat̄ h̄ iō fcm̄ eē. qꝛ hoc accn̄s maxie dependet ex capitis lesiōe tūc pariter ð fe.fuissz determinādū ī capitulis de egritudinibus cordis qð nō est fcm̄. ¶ Et hoc mō describenda est apoplexia s̄m hanc viam. Apoplexia ē oppilatio vētriculoꝝ cerebri vl' cursuū sp̄us sensibil' ꝛ motiui q̄ sine spasmo ē apta facere mēbra ociosa oīno in motu locali ꝛ opatiōe cognoscitiua carentia.intelligēdo hic p ociosa nō q̄ nullo mō moueantur cum in apoplexia moueant̄ ea exn̄te ðbili.nā qn̄qz deglutiūt vt pōt accipi ex dictis Aui.p̄ma terty.cap° de cura apopl'ie. nā p̄cipit q̄ dent̄ pillule.sz sumit̄ carētia sensus ꝛ motus ꝓ oīmoda carētia aut valde magna diminutione . ¶ Et pz p hāc descriptionē.p̄mo q̄ Aui.ꝛ Gal. in descriptione apoplexie ītelligēdi sunt nō q̄ apoplexia sit mollities vl' ociositas.sz oppilatio q̄ ē hꝰ mollitiei cā.¶ Pz 2°.q̄ per hanc descriptionē differt apopl'ia a syncopi . q̄a syncopis est pp cordis defectū:nō ita apoplexia.dr̄t 2° ab epilepsia qꝛ epilepsia est pp spasmum.ꝛ non sine spasmo facit ablationem istarū opationū vt dicemus infra. In apoplexia aūt ꝛ si aliquando sit spasmus.tamen apoplexia est oppilatio etiā sine spasmo sufficiens causare dicta accidentia. ¶ Differt autem a subeth:qꝛ stat esse subeth sine oppila/

tione. z° q2 nõ oportet in apoplexia esse dispõnē per quaʒ cerebrū retrabit. aut retinet spūs animales vt generaliter opʒ in omni sōno vt dixi afo. 3° huius pticule. ¶ Quidā aūt dicūt apoplexiā eē istā ociositatē. sʒ ad hoc vt dici dēat apoplexia opʒ ꝙ h dependeat ab oppilatiōe apta sine spasmo p se talē ociositatē ꝛ ablationē opationum sensitiuaꝝ facere. ꝛ ẜm hoc apoplexia est accñs vt diximꝰ supra ꝛ ē cōe mēbris aīatis. tamē egritudo quā hoc accñs consequit est in cerebro vt plurimū. iō in capitulis egritudinum cerebri ponit. sʒ fe. q2 est morbus totius nō obstāte ꝙ a corde pendeat: tñ inter morbos cōes cōnumeratur.

Quantū ad zm articulū supponit. primo ꝙ lʒ ablatio ꝛ difficultas anhelitus sint signa fortis apoplexie. nō tñ sunt signa cōuertibilia nec significatiua necie ṽtatis. nā alias circūstātias opʒ ꝯiūgi ad h vt ex illis arguat apoplexiā eē fortē. h pʒ: q2 contingit ex parua oppilatiōe in capite vel corpe valde debili ꝛ frigido modica idigēte euētatiōe auferri anhelitū ꝛ talis nō eēt fortis apoplexia vt constat: q2 ibi non esset fortis oppilatio. ¶ Ex h seqt̄ p̊ ꝙ circūstātie reqsite ad arguēdū apoplexiā eē fortē cū ablatiōe anhelitus sunt fortitudo ṽtutis ꝛ necessitatis magnitudo ad respirādū. ¶ z° sequit ꝙ eadē dispō i vnū ē debilis apoplexia q̄ si in alio fortiori eēt diceret fortis. ¶ 3° seqt̄ eādē lesionē opatiōis vel eq̄lē eē maioris nocumēti in corpe fortioris ṽtutis q̄ꝫ debilioris. ¶ 4° sequit ab eadē vel simili cā citiꝰ perducibile eē ad mortē corpus fortioris q̄ꝫ debilioris ṽtutis. Totū aūt fundamētū ē ꝙ ablato anhelitu citius ad mortē pducit corpus calidi cordis q̄ꝫ frigidi: ꝛ magis ledit: ꝛ apoplexia tal' in eo dr̄ fortis q̄ in frigido diceret debilis. ¶ Ex qbꝰ pñt poni ꝯclusiōes. p̄ma. nō ōis apoplexia cū anhelitꝰ duritie vel ablatiōe eiꝰ est fortis. pʒ de illa q̄ est in corpe frigido.

¶ Secūda cōcl'o. i q̄libet apoplexia debili ē anhelitꝰ ordinatus. pʒ de eadē. ¶ Tertia ꝯcl'o. ōis apoplexia p quā anhelitus phibet in corpe calido ꝛ multa euētatiōe idigēte est fortis ꝛ icurabilis. ista pbat: vt i ꝯcl'one p̄ma afoꝛismi. ¶ 4a ꝯcl'o ōis debilis apoplexia est difficulter curabilis. probatur vt in secunda conclusione afoꝛismi.

¶ Cōtra istā rōnē arguit p̄mo. ex illa sequit ꝙ impo'e est eē fortē apoplexiā i corpe pauca indigēte euētatiōe. ꝯñs f'l'm: cū i isto pl'imū mortales apoplexie ꝯtingāt. ꝛ ꝯñā arguit: q2 vna de ꝯditionibꝰ fortis apoplexie ē ꝙ sit cū multa necessitate que nō ē in tali corpe. ¶ z° sic. q̄ꝫtū magna ꝛ fortis oppilatio pōt eē in corpe forti ꝛ calido tā magna ꝛ fortis pōt eē i frigido vt pʒ. sʒ ita magna pōt eē i calido vt ide dicat fortis apoplexia. igit ita magna pt eē i frido vt sit fortis apopl'ia. ꝯñā tʒ ex mō arguēdi huiꝰ pōnis. nā arguit apoplexiā auferentē anhelitū i corpe debili eē debilē: q2 ē cū pua oppilatiōe tāq̄ꝫ adeq̄ta cā. igit ex opposito possumꝰ iferre oppositū. ¶ 3° ꝯ vltimā ꝯcl'onē arguit: q2 stat alicuiꝰ debil' apoplexie tā fixā ꝛ multū resistētē eē cām sicut ē dare fortē. ꝛ tūc erit mortalis. igit nō difficulter curabilis. nā expientia notat hoīes debilis ṽtutis cuʒ debili apoplexia mori dūmō mlta sit i eis necessitas nec Hip. ad hoc nos artat ꝙ ōis dbilis apoplexia sit curabil': qō tñ sequit ex dictis. Cōfirmat. sic stat ex debili febre. que lʒ salubris eēt in vno aliū mori ita debet ꝯtingere de apoplexia. igit stat apoplexiā debilem esse incurabilem.

Quantū ad tertiū articulū nota p̄mo ꝙ multotiens dicimus accñs forte ẜm sue cause fortitudinē ita ꝙ similē dispōnē dicimꝰ eē fortius accidēs in multū resistētibꝰ. q2 a fortiori cā depēdet. ¶ Scd̄o nō queadmodū in p̄cedēti articulo dr̄ ablatio anhelitꝰ nō ē signū certū fortis apoplexie sʒ veꝝ vt i pluribꝰ. nā oēʒ apopl'iaʒ depēdentē ab oppilatiōe tali ꝛ tāta sufficeret i forti corpe ꝛ calide cōplexionis auferre anhelitū ꝛ ipsum durū ꝛ inordinatū facere dicimus fortē ꝛ solū talem: ꝛ iste modus est aliquid dicere difficile vel magnā actionē in cōparatione ad cām sicut motus sursum lapidis centū librarum velocitate vt vnū ꝛ durāte per horā dicimus in phia maiorem actionē q̄ꝫ motū lapidis vnius libre velocē vt duo ꝛ durante per vnum diem. ¶ Tertio nota ꝙ corpuʒ q̄dā sunt in qbus ṽtus motiua anhelitus est debilis ꝛ necessitas pauca in qbus etiā superueniēte apoplexia infrigidat cor. ita vt paucissima egeāt euentatione. in his igit corporibus debilis oppilatio est cā aut duri anhelitus aut auferendi ipsum. His igit habitis pono cōcl'ones duas p̄mas precedētes articuli approbās. ¶ 3a cōcl'o. omnis apoplexia pēdēs a cā q̄ in forti corpore multa euentatione indigente sufficeret anhelitū durū aut inordinatū facere vel ipm auferre est fortis ꝛ icurabil'. ꝛ ista sit pro mēte Gal'. ꝛ Hippo. ¶ Quarta ꝯclusio. Aliq̄ debilis apopl'ia est mortalis. patet ex motiuo contra precedentem positionem.

Quantū ad quartū sit hec prima difficultas. pp qd syncopis in qua auferi sensus ꝛ motus i forti ꝛ valido corpore est curabilis. sʒ nō apoplexia vt petit i articulo p̄ncipali. Rñdet ꝙ cā syncopis nō ē ita fixa. naʒ retractio spūum ex eoꝝ paucitate tollit cum regenerati fuerint dolores ēt remouent ꝛ nō multo tēpore: sed cum cōuenit cām eē eq̄ fixā: fit etiā syncopis icurabil'. ¶ Secūda difficultas q̄re in epilepsia cū anhelitus sit durus ꝛ mēbra p̄uant sensu ꝛ motu nō ita iminet mortis piculuʒ sicut in apopl'ia imo cito a paroxismo liberant p̄cipue cū a simili cā ꝛ simili mā pendēt. vr̄. n. ꝙ sunt in apoplia ex toto phibet trāsitus spūs aīalis ad istrumēta sensus ꝛ motus. ita est i epilepsia in qua mēbra oīno ab opationibus suis p̄uant. Ex p ꝯñs eque magna ꝛ fortis oppilatio debet esse i tali epilepsia sicut i apoplexia ꝛ eque difficulter curari. ¶ Hic dr̄ a qbusdaʒ negādo. ꝙ i epilepsia aliquādo sint oēs opationes sensus ꝛ motus ablate. imo nō integre auferunt vt ꝯstat ex diffinitiōe epilepsie posita ab Auic. p̄ma tertij. tractatu q̄nto. cap̊ de epilepsia. ¶ Dicit ēt ꝙ i epilepsia oppilatio i cerebro cōtingēs nō ē cōpleta. sʒ hñ in apoplexia: ꝛ hoc colligi pōt nono theorice ab haliabate cap̊ de epilepsia sic dicente ortus aūt eius. s. epilepsie. Ex eisdē fit qbus ꝛ apoplexia causis nisi ꝙ i magnitudie sub sunt ꝛ grauitate: epilepsiā nāqʒ generātes cāe i vētriculis minime sunt cerebri oībꝰ: queādmodū i apoplexia dictū ē sʒ fit oppilatio qbusdā i vētricul' ꝛ neruoꝝ meatibꝰ mēbra mouentiū. q hanc facit minor est humor q̄ꝫ q apopl'iā in q̄litate ꝛ q̄ꝫtitate ꝛ suba. s. minus frigus ꝛ mioris quātitatis ē ac minoris grossitiei. iō epilepsie accessiōis tempore corpus ꝛ sentit ꝛ mouetur qō apopletici non habēt.

¶ Cōtra hāc rñsionē ē p̄mo mēs Auerrois 3° colliget. cap̊ de epilepsia. vbi dixit de epileptico p̄uant oēs sui sēsus ꝛ ṽtutes aīales diminuūt. ¶ z° ad idē ē auctoritas Gal'. 3° de iteriorib.ꝰ cap̊ septio illa pte subeth. sūt ꝛ alia huiꝰ passionis accñtia. s. epilepsie. q2 cū h patiuntur nō vidēt nec audiunt nec alio sensu sentiūt nec memorant. nec intelligūt. Si igit isto mō p̄uant opationes cognoscitiue. igit ꝛ auferūt motiue. ¶ 3° ꝯ h arguit: q2 i leni ꝛ dbili apopl'ia nō est totalis oppilatio ꝛ ablatio sensus ꝛ motꝰ vt dixi supra: ꝛ pōt colligi ex dictis Aui. loco allegato ꝛ hētur nono terapētice. cap̊ de apopl'ia cū dicit i debili eos deglutire. ¶ Quarto ꝯ eos est expientia: q2 videmꝰ epilepticos in statu paroxismi oīno nihil sentire etiā si pūgant vl' vulnerent nec postea recordari: ꝛ tamen videmus apopleticos multum vtentes nutibus ꝛ vocibus ad significare añq̄ꝫ ad cōplementū accñtiuʒ veniant. imo in debili viderent potētes ꝛ itelligere ꝛ mouere aliq̄ mō ꝛ deglutire ac spuere. g̊ positio nullo mō stare pōt.

Pro solutiōe igit notandū ꝙ i apoplexia que ē per

per ꝓprietatē nocumēti cerebri oppilatio dꝫ esse talis in
ei⁹ vētriculis vt sine spasmo sufficeret ꝓhibere mēbra a
sensu ⁊ motu:talis aūt motio ē ꝑꝑ mā̄ꝫ valde multā sui
corpulētia oēs meat⁹ oppilātē ⁊ si nō semꝑ oiuꝫ facit cō
pletā clausionē vt in debili apoplexia.⁊ iō cuiuslꝫ talis
apoplexie siue fortis siue debilis cā ē valde fortis in cō/
paratiōe ad vtutē cerebri patiētis ⁊ nō nisi cū difficulta
te remouēda:sꝫ epilepsie mā̄ tūc fac̄ ꝑoxismū qn̄ nocēs
pāniculo vel origini neruoꝝ cū cā ꝯctiōis oium neruoꝝ
q a cerebro oriunt̄:⁊ oppilatiōis attenuatorie ꝯn̄tis istā
ꝯctioné.talē aūt mā̄m ꝯtigit eē valde modicā respectu
māe apoplexie.nā in ꝯctiōe illa multū ꝯstrigunt̄ meat⁹
illi:⁊ ēt de se sūt magis stricti q̄ꝫ ille ꝯcauitates q̄ dn̄r vē
triculi cerebri.¶ Ex bis apparet ꝑmo solutio difficulta
tis:qꝛ in epilepsia nō mltū forti existēte cā respectu cāe
apoplexie:ꝯtigit tn̄ auferre sēsū ⁊ motū ꝑꝑ oppilationē
q̄ in spasmo ꝑꝑ ꝯstrictionē neruoꝝ ⁊ venaꝝ q̄ spasmant̄
⁊ iō nō est mortis tn̄ ꝑiculū.qꝛ hec pauca exn̄s mā̄ vin/
cit̄ faciliter.⁊ addūt qdā ꝙ vtplm̄ ꝯiūgit̄ mā̄ epilepsie
plime vētositati q̄ dissoluit̄ facili⁹ q̄ꝫ hūor grossus.h̄ tn̄
cā nō est gn̄alis.⁊ tu tn̄ nota aliquē eē ꝑoxismū epilepsie
mortale.¶ Ex h̄ pꝫ secūdus modus gn̄alis spasmi ꝯtin
gentis in epilepsia.¶ Pꝫ 3° qūo pn̄t ꝯiūgi apoplexia et
epilepsia.¶ 4° appet qd̄ lꝫ in vtraqꝫ istarū ꝓhibeat̄ ex
toto trāsit⁹ spūs ad infr̄a mot⁹ ⁊ sensus.tn̄ nō ab eq̄lib⁹
causis:qꝛ nō oīno in eisdē locis peccāt iste mā̄e.vn̄ si mā̄
epilepsie in illo loco poneret̄ vbi est mā̄ apoplexie.non
faceret epilepsiā nec apoplexiā.Cā.n.epilepsiā faciens
est dimidia cā ei⁹ que est faciens apoplexiā vt sumit̄ no
no theorice haliabatis ca° allegato dū dixit.vnde ⁊ forti
cā epilepsiam faciens dimidia eius q̄ ⁊ apoplexiā īfert.
¶ Tertia difficultas:qꝛ ex dictis vr̄ seq ꝙ non sꝑ apople
xia ē mollities oiuꝫ mēbroꝝ ꝑ:qꝛ i solōne ꝑcedētis diffi
cultatis dcm̄ est qn̄qꝫ ꝯiungi apoplexiā ⁊ epilepsiā:in q̄
est spasm⁹:⁊ ꝑ ꝯn̄s non mollities.2° qꝛ ex quo mā̄ apople
xie forti⁹ ⁊ maius causat nocumētū q̄ꝫ mā̄ epilepsie:seq̄t
ꝙ si hec 2ª facit spasmū ēt h̄ ꝑª facere dꝫ.3° qꝛ in apople
xia facta ꝑꝑ frig⁹ extrīsecū ꝯbit̄ cerebrū ⁊ ei⁹ vētriculi.
Et iō ꝯn̄ter spasmari debēt nerui queādmodū ad ꝯctio
nē anterioris vētriculi cerebri in epilepsia seq̄t̄ vl'is spa/
smus ⁊ sumit̄ ab Aui.ca° de epilepsia.supra allegato.4°.
qꝛ in apoplexia q̄ est ꝑꝑ clausionē venaꝝ ⁊ poroꝝ nō vr̄
esse aliq̄ neruoꝝ egritudo.Et per consequens nec molli/
ties:cum mollities videatur importare paralesim.
¶ Ad hoc rn̄det̄ negādo ꝙ mollities vt ꝓposito pertinet
semꝑ dicat paralesim.qꝛ aliqn̄ dicit ꝑalesiꝫ qn̄qꝫ īpoten
tiā mouēdi:ꝯnotādo ꝙ pēdet a cā q̄ sine spasmo est suffi
ciēs talē īpotētiā facere:⁊ h̄ mō sumit̄ mollities a Gal.
in 4° de accn̄ti.⁊ ociositas ab Aui.loco allegato qūo cō/
cedit̄ poſe eē in eodē musculo mollitiē eē de spasmo.sic
de pn̄ti frater Antoni⁹ de ordine carmelitarū ꝑalyticus
in sinistro latere tn̄ spasmū patit̄ i eodē:⁊ sic in apopleti
cis in q̄bus mā̄ nondū neruis cōicata est.2° ꝯcedit̄ oēm
apoplexiā esse vl'em mollitiē.¶ Ad ꝑmaꝫ igit̄ istantiā
ꝯcedit̄ qn̄qꝫ ꝯiungi apoplexiaꝫ ⁊ spasmū.sed tn̄ opꝫ op/
pilationē tūc talē esse in vētriculis ⁊ cursib⁹ spirit⁹ sensi
bilis ⁊ motiui q̄ sine spasmo h̄ sufficeret facere vt dictū
est.¶ Ad scdm̄ negat̄ argumētū.maius ⁊ fortius cāt no
cumentū mā̄ apoplexie q̄ꝫ epilepsie.igit̄ si 2ª cāt spasmū
⁊ ꝑma.¶ Ad tertium ꝯcedit̄ ꝙ pōt esse spasmus cū tali
apoplexia.si tamen in illo casu debet dici apoplexia opꝫ
clausionē ventriculoꝝ cerebri ꝓpter frigus esse tantam
vt etiā si esset sine spasmo sufficeret auferre modo dicto
sensum ⁊ motum.¶ Ad quartū patet solutio ex dictis.
¶ Quarta difficultas.supposito ꝙ sine oppilatōe vētricu
loꝝ cerebri fiāt spūs aiales i sufficiēs istrumētū sensus
⁊ motus ꝑꝑ malā cōplexionē cerebri calidā vel frigidaꝫ
ita vt sit totū corp⁹ ociosum.q̄ro vtrū erit ista ociositas
apoplexia.dicendum ꝙ non vt constat.sed accidit rone
congelationis vel alterius male complexionis.
¶ Quinta difficultas.vtꝝ in apoplexia flegmatica nihil
sit agēdū vsqꝫ ad tres horas.ꝙ sic vr̄ expsse haliabati ꝑ°
practice.ca°.25.sic dicēti.ꝙ si nō videris.s.signa sanguis
dominātis q̄ ꝓposuit patiētē oīno nō moue nec aliqd ci/
boꝝ adhibeas nec medicamentū donec trāseat.72.ho/
ras.¶ In oppositū tn̄ ē Aui.ꝑª tertij:⁊ Mesue in capl'o
de apoplexia q volunt ab ipso rei initio fortes fieri euō/
nes ⁊ diuersiōes:⁊ ita est cōis modus practicādi. ¶ Ad
dubiū rn̄det̄ ꝙ in apoplexia ꝑcipue debili ab ipso rei ini
tio operādū est si possum⁹ euāndo ⁊ diuertēdo vt Aui.⁊
Mesue testant̄:sꝫ in forti nō est ꝓ salute medicādū nisi
cū ꝓtestatiōe.nā ꝑticularib⁹ ex ꝓprietatib⁹ indiuiduoꝝ
nō videt̄ claudere repugnātiā aliqnē talē liberari:sicut
pleriqꝫ vlcus in pulmōe patiētes liberati sūt.¶ Ad hali/
abatē dōꝫ ꝙ fuit illius opinionis cui meliores ꝯtriantur.

Ad argumēta

ꝑncipalia.Ad ꝑmū patet ꝙ illa
apoplexia de qua Aui.loquit̄ est
debilis ⁊ sic neganda est maior vniuersaliter:quomodo
autem intelligantur distinctiones graduum apoplexie
vidisti supra.¶ Ad 2m nego antecedens. ¶ Ad 3m nega
tur ꝯn̄tia:⁊ pꝫ cā in supra dictis.¶ Ad 4m negatur ꝙ su
beth sit saltēꝫ gn̄aliter apoplexia.nā stat cām esse retra/
ctionis sine oppilatiōe sufficienti ad auferēdū sensum ⁊
motum.¶ Ad 5m pꝫ ex ꝑma difficultate.¶ Ad 6m patet
ꝑmo ex dictis.¶ Ad ꝯfirmationeꝫ negat̄ ꝙ ab infinite
remissa cā possit apoplexia fieri vt patet:nec terminatur
apoplexia ad nō gradum lesionis. Cōmentū Galeni.

Accidentia.

In isto cōmento Gal.ꝑ°
ponit distinctionē spērū
apoplexie.2° dat causas cōes apoplexie.per
cōitatē cerebri cāte.3° ostēdit a quo ꝑncipa/
liter sumit̄ distinctio spērū apoplexie.4° ve
rificat aforismū q̄rtū ad ꝯnē ꝑam ꝑ cāꝫ.5° mouet ⁊ soluit
vnā q̄onem.ibi 2ª[Causa ois.]ibi 3ª[Scdm̄ aūt.]ibi 4ª
[Que magis.]ibi 5ª[Est aūt mirādū.]¶ De ꝑma dicit
ꝙ ista sunt accn̄tia que ꝓpria.i.per se in apoplexia inueni
unt̄:qꝛ subito toti corpori sensum ⁊ motū aufert volun/
tariū.nō tamē motū anhelitus.sed si istū motū auferat
totalr̄ erit fortissima species eius.sed si apopletici suspi/
rant cū difficultate ⁊ angustia passio est fortis minus q̄ꝫ
ꝑma.sed si anhelitus est diuersus multe diuersitatis etiā
passio est fortis minus q̄ꝫ secunda.sed si anhelitus est or/
dinatus passio est debilis.⁊ tn̄ ista intellige iuxta notata
super afori.⁊ questione.¶ De parte 2ª dicit ꝙ causa ois
apoplexie est illa propter quā spiritus aīalis non pōt de/
scendere a cerebro ad inferiores ꝑtes:⁊ cum est per pro/
prietatē cerebri oportet ꝙ sit nisi fuerit causa primitiua
a flegmatica humiditate iplente cerebri vētriculos aut
ꝓpter apostema.¶ De tertia parte dicit ꝙ magnitudo
vel debilitas apoplexie hic sumit̄ propter fortitudinem
cāe morbi quē morbuꝫ seq̄t̄ apoplexia:⁊ h̄ dictum est in
tertio articulo ꝑcedentis q̄onis. ¶ De q̄rta ꝑte dicit ꝙ
ideo fortis apoplexia est icurabilis.quia eum sequit̄ im/
pedimentū anhelandi modo quo supra primā cōclusio/
nē verificaui.¶ De quinta parte mouet questionem di
cens ꝙ mirandū est ꝙ lacerti pectoris mouentur in hac
passione:cuꝫ tamen spiritus animalis ad eos transire nō
valet:⁊ ablatus sit motus omniū alioꝝ lacertoꝝ ⁊ soluit
di.ꝙ putat in istis lacertis esse virtutem motiuā nāliter
non tamen voluntarie que virtus excitat̄ a naturali ap/
petitu cordis ad spiritum.i.aerem attrahendum.⁊ isti la
certi mouentur quādo est plurima anhelitus necessitas

vel alioꝝ ĩpotentia ad dilatandum pectus.⁊ h̄ est causa quare in apopleticis ĩueniunt̄ lacerti toti⁹ pectoris mo/ueri:⁊ nõ sic in alijs passiõib⁹ nisi raro:qñ.s.aut est mlta necessitas.aut alioꝝ debilitas.aut ēt mouent̄ qñ est multũ corporis exercitiũ ꝑꝑ qd̃ in illa hora multũ desiderat anhelitũ.sed in apoplexia due ꝯcurrũt cãe ad faciẽdum ꝙ lacerti illi moueant̄.vna est multa nec̃itas que crescit ꝑpter defectũ euẽtatiõis.2ᵃ est debilitas v̄tutis aliorum lacertoꝝ:ꝑꝑ quã isti cũ v̄tute nãli ĩsurgũt ad adiutoriuꝫ sicut ĩueniunt̄ moueri in virtute defecta in febribus in quibus lacerti in pectore mouentur vt multe quantitatis aer attrahatur vno impetu qui paulatim ab eis attrahi non potest. Aforismus.XLIII.

STrangulatorum ⁊ dissolutoꝝ nõdũ mortuorum:nõ referunt quibuscunq̃ꝫ spuma fuerit circa os.

❡ In isto afo. Hippo.ĩtendit istã ꝯclusionẽ. strãgulati dissoluti nõdũ mortui in quoꝝ ore spuma apparet nõ sanant̄.ꝑbat̄.In istis est vehemẽtissimũ ĩcendiũ in corde ⁊ pulmõe cũ valde magna debilitate v̄tutꝭ igit̄ nec̃io moriunt̄.⁊ per ꝯñs nõ sanant̄. totũ añs statiꝫ declarabit̄.❡ Nota p̃mo strãgulationẽ eẽ idẽ qd̃ p̃focationẽ.p̃focatio aũt vt sumit̄ nona tertij est ꝑhibitio trãsitus anhelit⁹ ad pulmonẽ ⁊ cor ex q̃cunq̃ꝫ cã fuerit siue extrinseca vt laque⁹:aut medicina venenosa:aut cib⁹ p̃focatiu⁹ siue lesio in istis anhelitus siue sanguinis ꝯgelatio in q̄busdã visceribus vt stõacho ⁊ vesica.❡ Nota 2° ꝙ hic ꝑ dissolutos debem⁹ ĩtelligere multũ debilitatos. ⁊ iõ afo.loq̄t̄ in illis in q̄b⁹ iste due dispõnes cõiungunt̄ sciliꝫ p̃focatio ⁊ multa debilitas v̄tutis:⁊ hoc siue fuerit multa debilitas ex prefocatione siue non. ❡ Nota 3° ꝙ spuma est vt in cõmento dr̄ aggregatũ corp⁹ ex ꝑuis ampullis que ex vapore vẽto vel aere cõtentis ⁊ re viscosa circũdante ꝯstituta sunt adiuicẽ copulata. ❡ Nota 4° ꝙ multis modis ꝯtingit cãri spumã circa os tã p̃focatorũ q̃ꝫ alioꝝ.vno modo:qꝛ multũ celeriter motus aeris ꝑ vias strictas anhelitus cõmiscet̄ saliuali hũiditati q̄uo circa ora epilepticoꝝ multa humiditate a capite descendẽte causat̄.Alio modo ꝙ in spuma nõ solũ fit saliualis humiditas:sed aliq̄d de nãli humiditate pulmonis a p̃nimio caloris ĩcendio egrediẽs per anhelitũ aeri cõmiscet̄ vt in cõmento dicit Gal.primo mõ ꝯtingit spumaꝫ apparere circa os strangulati:⁊ nõ mori.secũdo mõ moriuntur ꝑpter causam dictam:⁊ qꝛ circa ora strangulatorum pluries apparet spuma mõ secundo: ideo verificatur hic afo.vt in pluribus:⁊ nõ semper:cũ quãdoq̃ꝫ accidat:quandoq̃ꝫ nõ.❡ Ex q̄bus apparet causa verificans afo.nã vt in pluribus spuma circa ora strangulatoꝝ nõ apparet nisi ꝑpter vehemẽs ĩcendiũ in pulmone.qñ aũt hoc vehemẽs ĩcendiũ ꝯiungat̄ cũ p̃focatiõe ⁊ plurima virtutis debilitate nõ possunt ita habentes sanari etiaꝫ si statim remoueret̄ causa p̃focans:vt posset fieri cũ eẽt cã p̃mitiua vt laqueus:⁊ hoc mõ possumus afo. ample ĩtelligere:lꝫ aliqui restringant ad prefocatos ad causam ĩtrinsecam:in quibus nõ possumus ita cito causaꝫ prefocationis remouere.❡ Nota 5° ꝙ Hippo.per nõ referũt intelligit quia non redeunt ad sanitatem.

Quereret aliquis fortasse ꝑpter q̄d in prefocatis raro appꝫ spuma circa os nisi mõ sc̃do. dicit̄ hic ꝙ si p̃focatio fuerit cũ claritate virtutũ cognoscitiuaꝝ:tunc est timor vehemẽs a quacunq̃ꝫ causa.⁊ iõ humiditates ad cor ⁊ interiora mouent̄:⁊ exiccat̄ os vt experientia notat.etiã aer sepius celeriter ꝑ os transiẽs loca illa ab hũiditate saliuali exiccat.⁊ iõ raro remanet talis humiditas.ēt aeri sepius celeriter per os egrediẽti cõmiscenda.nõ sic est aũt in apoplexia ⁊ epilepsia vt cõstat multis de causis. Restat igit̄ ꝙ plurimũ est ex caliditate dissoluẽte hũiditatẽ nãlẽ.❡ Similis huic sententia colligit̄ tertia tertij ab Aui.dicente.⁊ qñ apparet cõstrictio anhelitus ⁊ necessitas extrahendi vaporẽ fumosum ad hoc vt educat virtus que efficit anhelitũ humiditatẽ ad exteriora in anhelitu.⁊ apparet spuma tũc nõ est spes in ipso.Ampliat̄ aũt ad oẽm sexũ etatẽ tempus anni.⁊ est vtilis in actu ꝑnostico. Cõmentũ Galeni.

SPuma generatur. Gal.in h cõmẽto 4ᵉʳ facit.p̃mo notificat spumam quo ad materialia eius ⁊ modũ sue generatiõis.secũdo adaptat hoc ad modũ quo spuma generat̄ in ore p̃focatoꝝ.tertio verificat afo.quarto ostendit veritatẽ afo. nõ esse v̄lem:sed vt in plurib⁹.ibi sc̃da [Cũ aũt.] ibi tertia [Aut cũ appareat.] ibi quarta [Sed tamen.] Prima in tres.p̃mo notificat spumã vt dictũ est.secundo remouet instantiã cõtra dicta sua.tertio ex dictis infert ĩprobationẽ cuiusdaꝫ erroris.ibi secunda [Unde nobis.] ibi tertia [Arbitrãtes.] ❡ In p̃ma dicit quatuor.p̃mum ꝙ spuma cõcreatur ex cõmixtionib⁹ duorũ corpoꝝ.s.ventositatis ⁊ hũiditatis.⁊ hic ꝑ vẽtositatẽ intelligo etiam aerẽ vel vaporẽ:⁊ per hũiditatẽ ĩtelligo hic corp⁹ humidum liquidũ ventositate ꝑticipãs ⁊ corpulẽtia grossiori q̃ꝫ sit ventositas.❡ Dicit secundo quo ad hanc partẽ ꝙ talia corpa nunq̃ꝫ hoc mõ cõmiscent̄ nisi p̃us sicut multum diuisa ita vt inde quedaꝫ corpuscula conficiant̄ ita ꝙ partes viscositatis circuiunt partes ventositatis.vnde concreant̄ q̃dam ꝑuula grana ⁊ multa.❡ Dicit tertio ꝙ cum hoꝝ corpusculorum materia fuerit viscosa ⁊ multa nõ cito dissoluitur:sed diu morat̄ hoc modo cõposita:sicut videre possum⁹ in ore equoꝝ fatigatoꝝ multo cursu ⁊ in ore porcorum syluestrium irascentiũ. ❡ Dicit quarto ꝙ causa diuisionis ⁊ cõmixtionis horum corporum.s. ventosi ⁊ humidi est collisio ⁊ motus vel vnius vel amborum aut est propter calorem nimium.❡ Ubi nota ꝙ spuma dissoluitur:aut qꝛ pars illa circũdãs frãgit̄:⁊ illa corpuscula aerea exeunt:aut qꝛ aerea pars ĩgrossat̄ inclusa ⁊ in ventositatem cõuertit̄.vnde totum qd̃ p̃mo erat spumosum fit aqueũ vt apparet in spermate. frangitur autem pars circũdans viscosa.nõ semper a parte viscosa exitum petente:qꝛ multotiens versus infra frangit̄ non obstante ꝙ aer inclusus nitatur ad infra mouendũ:sed a virtute dissolutiua que est in cõtinente ex virtute stellarum:vt colligitur secunda primi.ꝙ aer non prouenit ad hoc vt in terminis habitatis non dissoluatur.❡ Ex quibus patet primo non omnem spumam cuius humidum est viscosius diutius morari.naꝫ dato ꝙ spuma desinat esse spuma per ingrossationeꝫ corporis contenti:constat ꝙ viscosius ceteris paribus:cum sit densius:citius ĩgrossabit contentum.patet secundo non semper frangi ampullaꝫ per contrarium visum corporis subtilis cõtenti. VNDE NOBIS. Remouet ĩstantiam que fieri posset qꝛ tu dixisti ꝙ spuma fit aut ex motu corpoꝝ ex q̄b⁹ cõstituit̄.aut ex calore.❡ Contra ex calore sine motu non põt fieri spuma.igit̄ calorẽ nõ debuisti ponere cãm per se.dicit igit̄ Gal.ꝙ per hoc nõ potest sibi obijci. nam ita cõtradicentibus respõdet ꝙ sensu iudicamus ꝙ spuma fit duobus modis.vno modo per magnum motum etiã si ibi non fiat calor:vt fit spuma in mari propter magnã agitationem.quandoq̃ꝫ fit ꝑpter nimium caloreꝫ vt in olla bulliẽte.⁊ similiter fit in animalibus.qꝛ in athletis virtus sui motus concreat spumaꝫ in oribus eorum ⁊ in porcis syluestribus generat spumam fortitudo sui caloris:⁊ in equis currentibus generat spumã vtrũq̃ꝫ simul

qꝛ cũ

q: cũ aer multus in eis moueaẗ spisso motu intꝰ ⁊ extra subtiliãẗ per hũc motũ saliue ꝑ calorem: ⁊ diuiduntẽ: et cõmiscenẗ aeri: ⁊ hoc mõ spuma causaẗ: ⁊ etiã fumꝰ propter caliditatẽ ascendẽtẽ de pulmone ad os eque mixtꝰ saliue ꝑ calorẽ augmẽtat spumã illã: ⁊ sic ab vtraqꝫ simẽ ista spuma cãtur. ¶ Et tu ex his modis ĩtellige ꝙ cũ spuma gñaẗ ex calore fit plerũqꝫ motꝰ: ꝗ a calore cãtur: vt in olla bulliẽte: sꝫ denominatio est a caliditate tanqꝫ ꝑncipale. ⁊ ita ecõtra qñ fit a motu ꝯcurrit caliditas a motu facta. qñqꝫ etiã denominatio est a motu: qñqꝫ aũt cõcurrit motus ⁊ calor qui nõ fit a motu: ⁊ tũc dicimus ab vtroqꝫ fieri. ARBITRANTES. Improbat ex dictl vnũ errorẽ dicẽs. ꝙ ꝓpter dicta illi ꝗ arbitranẗ spumaꝫ que apparet in ore esse a stomacho ꝯincunẗ errore. ⁊ rõ est: q: ĩpossibile est tãtã spumã quãta in ore istoꝝ videẗ ascendere a stomacho: siue vomitu vel fastidio: sine ꝗbꝰ duobꝰ motibꝰ nihil a stõacho ascẽdit sensibilr. mõ ĩ istis ꝑfocatis spuma apparet sine vomitu ⁊ fastidio. Item q: impoĺe est fumũ supple faciẽtẽ spumã ascẽdere a stomacho sicut ascẽdit a pulmone expellẽte cũ flatu: ⁊ h̃ manifestat sãguis qui screaẗ a pulmone ꝗ videẗ spumosus: ⁊ qñ suba ipsius pulmonis spumosa videẗ. sed nõ similiter est sanguis qui a stomacho: lꝫ ĩter fumũ ⁊ sanguinẽ a pulmone venientẽ est differẽtia: q: sanguis ab eo veniẽs est multus ⁊ subitus venit cũ tussi: sed fumus q: exeundo cũ expulsione flatus venit paulatim. iõ venit sine tussi. CVM AVTEM COLLVM. Hic vt ꝑdiciẗ adaptat Gal. dicta de spuma ad modũ apparẽtie spume ĩ ore strãgulatoꝝ di. ꝙ cũ collũ circũdeẗ suffocatiõe. i. cũ ꝓhibente anhelitũ necesse est fumosum aerẽ expelli a corde ⁊ pulmone: vt ipse mõstrauit in lib. de iuuamẽto anhelitus. ⁊ q: fumosus aer nequit exire pre nimia suffocatiõe iõ angustiaẗ pulmo aĩalis ⁊ cũ maiori angustia expelliẗ hic fumosus aer a pulmone emittẽte cũ ipso aere ptẽ aliquãtulã sue nãlis hũiditatis sicut ꝯtingit videre in flatu sanguinis. QVOD CVM APPAREAT. Uerificat afoᵐ. di. ꝙ cũ appareat. s. ꝙ spuma exeat mõ dicto significat ꝑditiõnẽ: cũ nimia sit angustia pulmonis ꝓpter suffocationeꝫ: ⁊ pulmo angustieẗ pre nimio calore sibi a corde misso. si igiẗ accẽsio spume ex pulmone est ex bullitiõe caloris: ⁊ ex duritie motus anhelitꝰ ⁊ angustia pulmonis est signũ mortale. sꝫ tñ hic diẗ afoᵐ nõ eẽ vlr verũ. sed ĩtelligiẗ vt in pluribꝰ: queãdmodũ supra dixi illo aforismo. quibuscũqꝫ iuuenibus. ⁊ etiaꝫ vt dixi supra in aforismi expositione.

Aforismus. XLIIII.

Crassi valde ꝭm naturaꝫ cito moriunẗ magis gracilibus.

¶ Hippo. vult in hoc afo. istã cõclusionẽ. homines valde crassi ꝭm naturã citius moriuntur gracilibus. probaẗ. isti valde crassi minus habent de spiritu ⁊ sanguine: ⁊ venas habẽt angustiores ⁊ arterias. igitur a leuibꝰ causis moriunẗ. ꝯsequẽtia declarabiẗ statim cũ añte. ¶ Nota ꝑmo modũ exponẽdi istum aforismũ sumptũ a Marsilio quẽ sequiẗ Jacobꝰ de forliuio ⁊ ceteri posteriores: eẽ istũ. ꝑmittendũ ꝙ crassi [illegible] rũ modoꝝ. ꝗdã eni sunt tales ꝑ abũdãtiã pingu[illegible] ⁊ ꝗdã carnis supra tẽperatã habitudinẽ carne domina[illegible] ⁊ isti magis ꝓprie sunt dicendi carnosi. hic intelligiẗ de crassis ꝑmo modo. ¶ Secundo ꝑmittit ꝙ crassi ꝭm naturam dicunẗ qui sunt tales ꝭm cõplexionẽ a ꝑncipio natiuitatis cõtractã: lꝫ etiã de his qui habẽt cõplexionẽ accidẽtaliter taleꝫ verificeẗ aforismus. hi aũt qui sunt merito cõplexionis naturalis crassi modo dicto sunt frigidi ⁊ humidi: qui qꝫuis modicũ sanguinẽ generẽt: tñ ꝑꝑ humiditatis abundãtiã ⁊ caliditatis paucitatem reseruant multum de vnctuoso sanguine ꝗ in pinguedinẽ ⁊ adipeꝫ ꝯuertiẗ. Sꝫ calidi ⁊ humidi multũ habẽt carnis. ¶ Tertio ꝑmittit ꝙ graciliũ siue macroꝝ quidã sũt graciles ꝑ ꝑuationẽ piguedinis: lꝫ cũ ista gracilitate stet ſꝑmaticorũ membroꝝ latitudo vt venarum: ⁊ ossium ⁊c̃. Alij vo sunt graciles per ꝑuationẽ grassitiei tam in piguedine ⁊ carne qꝫ in mẽbris spermaticis: qualis est gracilitas melãcholicoꝝ: ⁊ de istis nõ loqẗ Hippo. in aforismo sꝫ de ꝑmis. ¶ Quarto ꝑmittit ꝙ lꝫ mors sit alia nãlis: alia violenta maxime verificaẗ afoᵐꝰ de morte ꝑternaturali: lꝫ etiã de nãli verificari possit in nõ valde crassis. Ex ꝗbus patet ꝙ cõparanẗ hic flegmatici crassi ad cholericos macros: qua cõparatiõe diciẗ ꝙ flegmatici citius moriunẗ: q: minus hñt de spiritu ⁊ sanguine: ⁊ strictas venas mõ dicto: ⁊ etiam si vsqꝫ ad naturalem mortem viuerent: q: minus bene restaurãt qꝫ cholerici alijs paribus: ideo citius moriuntur. ⁊ sic hunc aforismum reducunt ad comparationem complexionum naturalium flegmatice et cholerice que sit longioris vite.

¶ Mihi autem videẗ ꝙ ista nõ est intentio Hippo. hoc mõ restrigere: nec Gal. nec Aui. scḋa quarti caṕlo de malitia pinguedinis superflue. sed ampliatur vt statiꝫ dicã aliter exponẽdo. intelligo igiẗ per valde crassos illos ꝗ superabundant in pinguedine ⁊ adipe. ⁊ per graciles ĩ illis duabus deficientes: vt verba sonãt. ¶ Et ꝑmo considerandũ ꝙ crassoꝝ quidam sunt tales ex ꝑncipio natiuitatis: ita ꝙ in adolescentia sunt valde crassi. quidam vo sunt tales ꝓpter consistentiã: ⁊ quomodocũqꝫ sit ĩpossibile est fieri hoc modo crassuꝫ: nisi cũ dominio frigiditatis ⁊ humiditatis: hora qua ita est crassus: vt dixit Aui. secũda quarti. tractatu ꝗnto caṕlo de malitia piguedinis superflue. ¶ Et homo qui nõ ꝑuenit ad vltimuꝫ magnitudinis impinguationis: nisi cũ est frigide cõplexionis. ¶ Ex quo sequiẗ ꝙ qui in adolescẽtia ad talẽ pinguedinẽ peruenit. ⁊ si fuerit naturaliter complexionis calide: tamẽ fit frigide in tempore augmẽti: ⁊ q: frigiditas prohibet spermaticoꝝ dilatationẽ. iõ in illis qui ĩ adolescẽtia sunt pingues vene sũt parue ꝯcauitatis: ⁊ sãguis paucus. ¶ Secũdo sequiẗ. ꝙ illos qui post ꝯsistentiã ad talem pinguedinẽ deducunẗ stat eẽ latarũ venaruꝫ ⁊ multi sanguinis: lꝫ ille vene in se late a pinguedine coartentur. ¶ Tertio sequiẗ. ꝙ in oibꝰ talibꝰ oppilanẗ vie spirituũ: siue fuerint a ꝑncipio pingues: siue post ꝯsistentiaꝫ: cũ arterie ⁊ vene a superflua pinguedine restringantur. ¶ Quarto sequiẗ. ꝙ in eis calor est paratꝰ extinctioni ꝑ viã suffocatiõis ab oi leui cã: ⁊ ꝙ spũs ⁊ humores ꝑ viã ꝓhibite trãspirationis per aduẽtũ aeris: ⁊ per viam prohibitionis trãsitus spũs sunt parati corruptioni ꝓpe cõplexiõis. ¶ Quinto sequiẗ. ꝙ sunt in ꝑiculo ne sanguis eoꝝ expellaẗ ad aliquẽ locũ constrictũ: ⁊ sic fiet alicuiꝰ magne vene crepatura. ¶ Sexto sequiẗ. ꝙ isti sunt penitus expositi morti repentine etiã si in eis abundet sanguis. ⁊ hec omnia posuit Aui. scḋa quarti caṕlo allegato. ¶ Septimo sequiẗ ꝙ illi qui sunt suꝑflue pigues a ꝑncipio natiuitatis sũt magis etiã morti repẽtine expositi. nã in istis sunt vene minute: ⁊ vltra hoc per suꝑfluã pinguedinẽ stricte: ⁊ paucus calor: ⁊ cõplexio fridior: ⁊ sanguis paucior: ⁊ flegma plurimũ. Et ideo in omnibus predictis caussis expositi sunt: ⁊ cũ hoc sunt parati cadere in apoplexiã ⁊ paralesim: ⁊ pulsuꝫ cordis: ⁊ syncopim: ⁊ fenalas ⁊ difficultates anhelitꝰ: ⁊ non possunt tolerare famem ⁊ multa talia. ⁊ h̃ est qḋ Auic. dixit eisdẽ capitulis. Et ad vltimũ mors super vltimatos in pinguedine festinat: ⁊ ꝓprie illos qui ĩpinguanẗ in prima etate. ⁊ propter hanc causam Gal. dixit in cõmento ꝙ Hippocras ĩtellexit crassos in ꝑma etate: quia de eis maxime verificaẗ.

¶ In tertio autē ⁊ si tā flobotomare q̄ȝ pharmacare sit
periculosum:tamen periculosior est flobotomia:quia fe
tus tūc plurimo indiget nutrimēto:⁊ per pharmacuȝ nō
euacuat̄ humor qui est nutriturus fetū:sed bene ꝑ flobo
tomiā:⁊ maxime videtur hoc verificare intelligendo de
pharmaco primi modi qđ tempore Hipp. fuit quasi solū
cognitum.nam benedicta ⁊ me⁹ pharmaca:aut non fue-
runt nota:aut non fuerunt in vsu ꝓpter fortitudinez na-
turaꝝ:que tunc erat maior q̄ȝ nunc:sed tamen mirandū
qđ ante dixerat in eadē differētia ꝙ si verior fiat cōpara
tio nō minus timendū pharmacare q̄ȝ flobotomare.lȝ h
possit multipliciter glosari saluādo ꝑdictam ꝯclusionē.
¶ Contra hanc tertiam ꝯclusionem etiam limitatam ad
sensum dictū sic arguitur. In medys mensibus periculo
sior est pharmacia q̄ȝ flobotomia in ꝑgnāte.ergo positio
falsa.pȝ ꝯña ex modo positionis. Assumptū probat̄. nam
pharmacū est periculosius flobotomia in nō ꝑgnāte.aut
ergo ꝓpter nimiam euacuationē:aut ꝓpter nimiā agita-
tionē:aut ꝓpter sui venenositatē.nam non videntur aly
modi notabiles ꝓpter quos est periculosius pharmacuȝ
flobotomia. Nā ⁊ q2 nō potest cōpesci:⁊ q2 stomachum
alterat ⁊ alia mēbra sui contactus pharmacū esset cōnu
merandum:sed cōstat ꝙ inanitio est periculosior in pre
gnante q̄ȝ in non pregnāte:⁊ agitatio ⁊ venenositas ⁊ cali
ditas nimia.omnia enim ista aborsum prouocant in 2ª
tertij loco allegato:⁊ fetus multo minus potest ista tole-
rare q̄ȝ videtur.ergo ⁊c. ¶ Si forte dicat̄ ꝙ ratione ag-
gregati ex omnibus istis fit periculosior.videtur ꝙ si ꝓ-
pter vnumquodqȝ per se est periculosior pharmacia: ꝙ
etiā ꝓpter omnia simul sunt etiā nimia inanitio.⁊ nimia
agitatio ⁊ nimia calefactio ⁊ venenositas potius prouo-
catiue aborsus q̄ȝ mortis matris:vt patet experientia.er
go si ista sunt periculosiora pro morte in non pregnante:
erunt etiā periculosiora ad aborsum in pregnāte. ¶ Ista
argumenta sunt probabilia tm̄.

Preterea aūt querimus de flobotomia Utrū sit periculosior pharmacia.i.vtrū pericu-
losissima flobotomia ⁊ copiosissima euacuatio sanguinis
cū icisione vene est periculosior in pregnāte q̄ȝ maxima
purgatio per vētrem. ¶ Et in hoc nō cadit dubitatio ꝙ
vtraqȝ est certissime mortis. Aut que minus de floboto-
mia ⁊ pharmacia ꝑ quā ꝯstāte vtute solū supfluū vt pos-
sibile est euacuamus.⁊ h mō loquēdo ꝯstat ꝙ in floboto
mia est minus ꝑiculū. Nā si solū supfluū euacuat̄ nō tol
lit̄ multū de fetus nutrimētis.⁊ ꝑiculū nō est ex alio ca
pite.sed in pharmacia est ꝑiculū agitationis ⁊ venenosi-
tatis ⁊ alterationis cū ꝯtrietate. ¶ Aut 3° q̄rimus suppo-
sito ꝙ vtus sit equalr̄ ꝯstās ⁊ arbitrio iudicis in vna pre
gnāte sit tāta necessitas flobotomādi quāta in alia phar
macādi stātibus paribus q̄ȝtū est possibile in qua est ma
ius periculum. ¶ Et videt̄ ꝙ si necessitas flobotomādi
sit propter sanguinis augmētū in q̄ȝto periculuȝ vtpluri-
mū sit in pharmaco maius: ꝑcipue si flobotomia paula-
tim:⁊ nō subita fiat:lȝ.n.mā que euacuat̄ sit alia ex qua
vel sibi sili fetus est nutriēdus:tm̄ remanet satis ad fet⁹
nutrimētū. vbi aūt nō sit necessitas flobotomādi ꝓpter
peccatū speciale quātitatis:sed ꝓpter alia qbusdā tēpori
bus ⁊ qbusdā casibus est maius ꝑiculū in flobotomia
⁊ in qbusdā magis in pharmaco venit. ¶ Nec puto be-
ne demōstrabile ꝙ casus pluries ꝯtingant:sed videt̄ mi
hi ꝙ multo plures ex pharmaco q̄ȝ ex flobotomia illi ꝓ-
portionali ꝯtingit periclitari fetū aut matrē ex causis su
pra assignatis. qđ si dicat̄ ꝙ q̄dā sūt solutiua benedicta
que q̄si solū leniēdo euacuāt de qbus dr̄ ꝙ possunt exhi-
beri pueris ⁊ ꝑgnātibus.dr̄ ꝙ etiā sūt q̄dā tam leues flo
botomie vt in qbusdā paruis venis ꝙ ille etiā possūt ad
mitti in ꝑgnātibus ⁊ pueris nō obstāte ꝙ in ꝑgnantibus
lenitiue ⁊ clisteria aliquo mō suspecte sunt ad aborsum.
Nā etiā balneū dulcis aque lenificādo ⁊ mollificādo est
periculosuȝ ad aborsuȝ.vt.2i.ibi allegato cap. ¶ Ex qb⁹
ego ponā ꝯclōnē ꝯtriā Cōciliatori ꝓbabilr̄:ꝙ alys pari-
bus q̄ȝtū est possibile plurimū in ꝑgnante ꝑiculosior est
pharmacia recte ⁊ arbitrario boni medici iudicio admi-
nistrata q̄ȝ flobotomia recte ⁊ arbitrario boni medici iu
dicio administrata. ¶ Et vt ꝯclōo itelligat̄: Cōstat ꝑmo
vnicuiqȝ medico ꝙ indicatione sumpta a ꝑgnatione nec
pharmacū nec flobotomia debēt administrari in ꝑgnan
te:sed q̄nqȝ sunt indicationes ad oppositū tales vt medi
cus operans artificialiter vt bonus medicus debet flo-

botomare: ꝛ quõq; pharmacare. Dico ꝙ in istis casibus flobotomãdo ꝛ pharmacãdo ſm ꝙ dz ex regula de diuersis idicationib⁹ maius est periculũ plimũ in pharmacia q̃ in flobotomia. vtrobiq; enim est equale periculũ inanitionis saltem spirituum. ꝛ in reliquis multa prestant pericula pharmacia vt dictum est periculis flobotomie. Et adde ꝙ si pharmacum exorbitet. nam medicus non potest semper certissime veritatem cognoscere: nõ est in potestate nostra retinere opationẽ ꝛ agitationez eius sicut possumus constringere venã vidẽtes principiũ debilitatis in flobotomia. ꝯsiderandũ tñ est multũ ꝙ in flobotomia nisi fiat valde paulatim: qr cor cito retrahit ad se facta tali euacuatione est magnũ periculũ aborsus: etiaz si remaneat quãtitas sufficiẽs pro fetu: qr illã subito cor attrahit simul cũ spiritibus. Ex q̄bus debilis exñs fetus subito morit᷑ aut valde magnũ sequit᷑ nocumẽtũ. Et iõ nõ audeat᷑ sup ea nisi mõ dicto. ❡ Ad rõnes aũt p̄ncipales ꝛ Cõciliatoris pz solutio.

Cõmentum Galeni.



Fetus si nutrimẽto careat.

Gal. p̄mo exponit primã ꝯclusionẽ. 2° scdaz. ibi [Quãto g̃.] De p̄ma dicit ꝙ si fetus careat nutrimento necesse est vt pereat. Et ideo cũ sanguis quo nutriẽdus est per flobotomiã educit᷑ sequit᷑ ꝙ periclitet᷑. ❡ Scdo ampliat ꝛ dicit ꝙ nõ solũ ex flobotomia perit: sed etiã si mater aliquãdiu a cibo abstineat ex eadẽ cã. ❡ De 2ª pte dicit ꝙ ideo magis perit qñ maior est fet⁹ qr diminuit᷑ sibi q̃titas cibor̃ qñ plus est comesturus. i. quando pluri nutrimento indiget.

Aforismus. XXXI.

Mulieri in vtero babẽti ab aliqua acutarum egritudinuz accipi mortale.

❡ Cõclusio huius afo^mi talis est. Mulierez p̄gnantẽ egrotare acuta egritudine est mortale. ꝓbat᷑. qr acuta egritudo plurimũ ꝓsternit v̄tutẽ. ꝛ subtrahit cibũ fetui. ꝛ in ea nõ põt seruari regimẽ ꝯueniens fetui ꝛ sibi. qr si subtiliat᷑ dieta morit᷑ fet⁹ defectu nutrimẽti. Si aũt amplius det᷑ aucto morbo morit᷑ mr̃. g̃ oĩno acuta egritudo est mortalis aut fetui aut matri. ꝛ p ꝯñs est mortale: qd fuit itẽtũ. Assumptũ pz de se ꝛ in cõmẽto. ꝛ ziª terty. cap̄ de causis aborsus. ❡ Circa afo^m nota p̄ quid sit egritudo acuta supra partiª 2ª. afo° 19°. s. acutor̃ morbor̃ ꝛc. Et est que cũ acciñtiũ vehementia ꝛ piculo cite terminationis siue fuerit fe. siue alia. ❡ Nota 2° p mortale h̄ intelligi vt supra dr̃ in hac pticula: qr est periculosum ad mortẽ: nõ tñ qr de necessitate mortẽ idicat. nam ego plures vidi p̄gnãtes acutas pati egritudines. ꝛ nõ mori nec abortiri. Et in Parma vxore Nicolai fornasy que erat ꝛ ipsa p̄gnãs mẽse 4° que passa pleuresim verã satis difficilẽ: tñ liberata fuit: ꝛ gestauit puer̃ vsq; ad pfectionez. ❡ Nota 3° ꝙ mulier p̄gnãs debiliorẽ hẽt v̄tutẽ nõ p̄gnãte. ꝛ fetus tenellus adhuc nec fortes alterationes: nec abstinẽtiã a cibo põt pati. egritudo aũt plimũ alterãdo ꝛ fetũ resoluẽdo ꝛ paucificãdo suũ nutrimẽtũ ꝛ ipsuz icõueniẽs reddẽdo: ꝛ agitãdo fetũ aut iterficit aut ad aborsuz deducit. Mater etiam maius periculum facit q̃ si non esset pregnãs. ꝛ quia aborsus ipse ad quẽ parit talis egritudo est periculosus. ꝛ qr mater minus potest molestias egritudinis tolerare. ❡ Accidit etiã qd in ꝓbatione conclusionis dictum est ꝙ dieta qualiscunq; ordinet᷑. aut est periculosa fetui aut matri: ꝛ h̄ collige. ziª terty. tractatu primo de signis impregnationis cuz dixit. ꝛ similiter est dispositio cui ex magno accidit febris acuta. Interficit eni fetũ ex h̄ ꝙ facit possidere de malitia complexiõis. cum ipse sit debilis non tolerans illud. ꝛ ex hoc ꝙ nutrimentum eius corrumpitur ex parte complexionis eius. ꝛ ex hoc ꝙ cum mater debilitatur non nutritur fetus. ꝛ cum nutritur debilitatur ipsa. ❡ Ultimo nota acutam egritudinem superuenientem pregnanti esse signũ ꝛ causam mortis aut fetus aut matris aut vtriusq;: quod verificatur vt in pluribus non semper: frequentius tamen contingit inde mori fetuz: quando autem mulier est partui vicina multotiens matrem periclitari vt dicam illo aforismo 55° huius. quecunq; in vtero habentes ꝛc.

Commentum Galeni.

Quod hic dixit ꝛc. Galen⁹ in cõmento aforismum solum verificat per causam di. ꝙ necesse est consequi ad ea que dicuntur in commento illud quod dixit Hippo. ꝛ hoc declarat. quia egritudo acuta. aut est cum febre. ꝛ tunc necesse est feb. esse continuam ꝛ calidissimam. quia hec est natura acute egritudinis. Et tunc sequitur ꝙ si est acuta egritudo cum febre ꝙ est mortalis duobus modis. vnus est ex essentia febris qua certum est fetuz mortificari. quia est valde intensus calor. Secundus est cum cibis. i. propter regimen cibi. aut quia necesse est attenuare cibũ matri febrem habenti. ꝛ supple moritur fetus: aut propter respectuz ad fetus quem volumus saluare ꝛ tenere multum cibum damus facimus periclitari matrem: quia inde augetur febris. ꝛ inde sequitur postea vt fetus pereat. ❡ Si autez sit acuta egritudo sine febre sicut epilepsia apoplexia thetanus ꝛ similes certe est mortalis: quia mater grauitatem morbi ꝛ fetus simul non poterit ferre: ꝛ tu vide ꝙ epilepsia dicit᷑ hic morbus acutus: ꝛ hoc quantum ad vnum paroxismuz faciendum. forte enim intermedio tempore non sunt egri. ❡ Nota secundo ꝙ apoplexia pro quanto tollit animales operationes. s. anhelitum vt supra habitum est. ablato anhelitu moritur mater. vnde si fetus non sit completus moritur consequenter fetus. Si autem fetus est completus contingit ꝙ ex secta matre viuat: quia aliquantũ viuit post matris mortẽ. ex hac causa non obstante ꝙ remota euentatione materni caloris calor pueri in vtero nõ debite euentetur ꝛc.

Aforismus. XXXII.

m Mulieri sanguinez vomenti mẽstruis superuenientibus: solutio fit.

❡ Conclusio est. Menstrua superuenientia mulieri vomenti sanguinem soluũt id est curant vomituz sanguinis. probatur. quia per menstrua diuertitur ꝛ euacuatur materia vomitus sanguis. ergo. Cõclusio vera. consequentia cum antecedente patent ꝛ causa verificans aforismum: quia cum vomitus fiat per motum sanguinis versus superius: fluxus autem menstruorum per motum ad inferiora: tunc hic tanquam ad contrarias sistit primum.

Cõmentum Galeni.

Cum sanguis. Galenus primo aforismuz verificat per causam. ꝛ patet. secundo ibi [Oportet autẽ.] Docet medicum cogitare artificialiter mutare naturam que ad inferiora mittendo sistit superiorem motum ꝛc.

Aforismus XXXIII.

m Mulieri mẽstruis deficiẽtibus sanguinem ex naribus fluere: bonum est.

❡ Cõclio afo^mi est talis. Bonũ est sanguinẽ fluere de naribus mulieri in qua deficiunt mẽstrua. s. pternaturaliter. ꝓbat᷑. per talẽ fluxum sanguinis euacuat᷑ materia retẽta preternãliter que posset morbos causare

vel causat: ergo ⁊c. Assūptū patet: q2 sanguis retentus hora mēstruoꝝ est materia huius. ⁊ ille fluxus sanguis nariū euacuatur. ¶ Nota tamē ꝙ si itelligit̄ vbi mēstrua retinent̄ ꝑternaturaliter. ⁊ hoc verificari nō solū quādo mēstrua sunt ex toto retēta. sꝫ qñ valde preternālit̄er diminuta: ⁊ hoc nō propter defectū sanguinis in quanto. ⁊ verificat̄ nō solū de fluxu nariū: sꝫ hemoꝛroidali. nec ꝑꝑ cōmixtionē flegmatis crudi cū eo: sed hunc pro exēplo posuit ⁊ ex causa dicēda in cōmēto. Cōmētū Gal.

Hoc aūt certū. Gal. in cōmēto ꝑmo ponit verificationeꝫ afo^{mi}. 2° respōdet tacito dubio. 3° alteri. ibi 2^{a} [Loco autē.] ibi 3^{a} [Quoꝝ aūt.] De pria dicit ꝙ q2 fluere sanguinē est bonū. ideo ex hoc hēmus certū signū ꝙ rectificari sanguinē mēstruū ē malū: sed si mēstrua deficiāt iuuat fluxus sanguinis ex alio loco ⁊ ꝑ nares vel hemoꝛroidas: q2 hoc tollit nocumentū qđ facit retentio menstruoꝝ. ¶ Dicit de secunda parte ꝙ quāuis multa sint loca per que fluxus sanguinis iuuat retentis menstruis. tamen ipse minus periculosum noiat. ⁊ in alijs locis q̄uis sint periculosa in fluxu. tñ q̄daꝫ magis. ⁊ quedā minus. Et tu nota hūc locū ꝙ minus ꝑiculosus flux^{9} sanguinis excepto fluxu menstruoꝝ est ꝑ nares ⁊ raro alibi. ¶ De tertia dicit ꝙ si ēt in locis alibi a narib^{9} sit nō periculosus in fluxu sanguinis: tñ nō fuit Hippo. falsus ideficīete dicēs de fluxu ꝑ nares ⁊ maxie q2 ipse cōsueuit vnū ponere ⁊ multa notare. vñ cōcedit̄ ꝙ si fluat ꝑ hemoꝛroidas ē bonū q̄uis Gal. reticuit.

Afoꝛismus. XXXIIII.

Mulieri in vtero habenti si venter multum fluat: periculuꝫ est aboꝛtiendi.

¶ Conclusio est. Multus fluxus ventris est periculosus ad aboꝛsum in muliere p̄gnāte. ⁊ pꝫ ꝑ ea q̄ dcā sunt ꝑticula 4^{a}. afo^{mo} 2°. ¶ In hoc loco. ¶ Cōmētū vtriusq; trāslatiōis claꝝ ē. Afo. XXXV.

Mulieri que a matrice molestatur: aut difficulter generanti: sternutatio superueniens bonum.

¶ Cōclusio talis ē. Sternutatio sup̄ueniēs mulieri suffocatōeꝫ matricis patiēti. aut difficulter pariēti est bonū. ꝓbat̄ ꝯclo. per sternutationē est apta remoueri cā suffocatiōis matricis: ⁊ fetus ꝓpellit̄ ad extra: g̊ ⁊c. ꝯsequētia cū añcedēte patebit in notatis. ¶ Circa afo^{m} nota ꝑmo duas eē dispōnes in qb^{9} h̄ Hippo. laudat sternutationē. vna ē suffocatio mr̄icis. Alia est difficultas partus. ꝑmo ergo declarabit̄ de molestatiōe siue suffocatione matricis. post đ part^{9} difficultate. ¶ Nota ergo ꝙ lꝫ matricis molestatio possit dici oīs ꝑter naturam dispositio mr̄icē molestans aut in matrice existens molestās totū: tñ hic sumit̄ pro particulari dispositiōe q̄ dr̄ suffocatio mr̄icis. s. cū ex mala dispōne mr̄icis auferr̄ anhelitus mulieri aut quasi auferr̄ sicut in vere suffocatis: de qbus supra dictū est illo afo^{mo}. Si a febre habito suffocatione repente ⁊c. ¶ Et ꝯm quosdam mr̄icis suffocatio est illa anhelitus ablatio ꝑꝑ dictam causam. ꝯm alios autem est illa mr̄icis mala dispositio cōnotando ꝙ ab ea anhelit^{9} auferr̄ aut multū impedit̄. ¶ Uerūtamē Auic. pria tertij vult ꝙ prefocatio mr̄icis est species epilepsie cum sic dixit. Est quidā modus epilepsie compositus ex syncopi: quoniā foꝛsitan medici extrahūt đ capitulo epilepsie. verū in ipso est. ⁊ est species eius. ⁊ propter ipsum noiat̄ prefocatio matricis. ⁊ est ꝙ quādoq; accidit mulieri: vt ei^{9} menstrua retineant̄: non in sua hoꝛa: ⁊ ꝯm hoc prefocatio matricis nec esset mala dispositio matricis nec anhelitus ꝑuatio. sed mala dispositio cerebri pēdēs a mala dispositione matricis. ⁊ a qua pēdet ꝑuatio vel quasi anhelitus. ¶ Tu ergo itellige ꝙ i ꝑfocatiōe matricis ꝯiūguntur plura. primū est mala mr̄icis dispō. 2^{m} mala dispositio in cerebꝛo q̄ ē epilepsia. 3^{m} mala dispositio in coꝛde q̄ ē cā syncopis. vnde Aui. dixit ꝙ hic modus epilepsie ē ꝑ mixt^{9} cū syncopi. 4^{m} ē anhelitus ꝑuatio eius totalis aut valde multa minoꝛatio. ⁊ epilepsia ⁊ priuatio anhelitus ⁊ mala matricis dispositio quelibet earū quandoqꝫ anologice dicitur prefocatio matricis.

¶ Et ego nō inuenio ꝙ Aui. vocet prefocationē mr̄icis illum anhelitus defectū: sꝫ egritudinē. vnde. 21. tertij. ca^{o} proprio dixit de ea. hec egritudo ē similis epilepsie ⁊ syncopi. ¶ Et i eodē ca^{o} post mediū capituli dicit. ⁊ quoniā hec egritudo est foꝛtioꝛ syncopi pura: ideo antecedit eaꝫ syncopis: sicut debilius añcedit foꝛtius. ¶ Qui ergo dicūt hanc dispositionē que est prefocatio mr̄icis esse accidēs ⁊ nō egritudinē nō sequunt̄ Aui. qui eā dixit egritudinē. Sed Gal. qui hic vr̄ intelligere ablationem anhelitus ꝑꝑ mr̄icis passionē: ⁊ Haliabatē nono theoꝛice. capitulo de h̄. ¶ Nota secūdo ꝙ causa i prefocatione mr̄icis est materia mala in mr̄ice congregata. aut in venis eius: aut in vasis spermatis: aut in quibusdam istoꝝ locoꝛum: aut in oibus ibi cōtēta: ⁊ pꝛohibita egredi. ⁊ hec materia congregat̄ aut ꝑꝑ retentionem menstruoꝛum preternaturalem: aut ꝑꝑ retentionem materie spermatice more ad testiculos mulieris ⁊ non expulse. ¶ Et ꝯm ꝙ innuit Serapio 5° breuiarij. magis accidit mulieribus ex retentione spermatis q̄z ex retentione menstrui. imo vr̄ ipsi ꝙ non accidit nisi a spermate retento. Et pōit signū sub his verbis. verūtamen ego vidi eam ꝯm plurimum accidere viduis: q̄uis non abscisa essent earum mēstrua: ⁊ non vidi eam accidere virum habentibus: q̄uis abscisa essent menstrua earum. significat igit̄ nobis h̄ ꝙ euētus eius ē ab abscissiōe spermatis pꝛopꝛie. hec Serapio. ¶ Sꝫ ego q̄uis Serapio dicat se nō vidisse credo ex ei^{9} dictis ꝙ pluries accidit ex retētione spermatis. ⁊ parum ex retentiōe menstrui. ⁊ hoc quia omnes alij auctoꝛes vt Rasis in diuisiōibus. ⁊ Auic̄. loco allegato: ⁊ alij quos vidi dicunt hoc accidere quandoq; ꝑꝑ menstrui retentionem. ¶ Nota 3° ꝙ menstrua ⁊ sperma retenta non causant ꝑfocationem nisi cōicato coꝛdi nocumēto ⁊ cerebꝛo ꝑ fumū venenosum ad illa mēbꝛa ascendentem. vñ fiūt epilepsia ⁊ syncopis: vt Aui. vult: vel aliqud simile: vt dicunt alij. ⁊ ideo in hoꝛa prefocationis est egritudo in matrice. quia aꝑa ꝑꝑ qđ matrix spermat̄ aut repletio eius siue ꝯm venas totius matricis siue ꝯm venas partis vni^{9}. vnde sequitur contractio aut extensio aut ad sursuꝫ aut ad aliquod laterum. ⁊ istius causa coniuncta est materia que est in matrice. Alia autem est egritudo in coꝛde ⁊ cerebꝛo a fumo malo venenoso: ⁊ facit egritudinem cōplexionalem: ⁊ quandoq; compositionalem per contractionem alterius eoꝛum vel amboꝛum: ⁊ has coꝛdis ⁊ cerebꝛi egritudines sequitur ablatio anhelitus aut illa plurima minoꝛatio. pꝛopꝛie autem ꝯm modum Auic̄. prefocatio dicit̄ de egritudine cerebꝛi connotando ꝙ habeat cōiunctam syncopim ⁊ illam matricis malam dispositionē. ¶ Nota quarto qnacūq; materia que est sub foꝛma cause antecedentis non diu durat egritudo: quia vapoꝛ qui eleuatus fuerat etiam in causa cōiuncta cito resoluitur: ⁊ ita causa coniuncta remota non remanet amplius egritudo: quia ista egritudo est fiens ⁊ a causa dependens. ⁊ ideo cause per quas remouetur aut euacuatur materia a matrice aut a cerebꝛo ⁊ coꝛde sunt cause curatiue huius moꝛbi. ¶ Nota quinto ꝙ sternutatio cum sit vehemens motus cui in excutiendo fere totum coꝛpus communicat. vnde singultum soluit excutiendo cere-

brũ ꝛ coꝛ ꝛ matricẽ facit iuuamẽta plura. Primo.n.malũ fumũ a corde excutit ꝛ cerebro. scõo qꝛ virtus obsessa ab illo venenoso fumo q̃ erat quasi sopita excitaꝛ i forti motu: ꝛ ꝑ forte sensibile applicatũ. Tertio ẽt a matrice excutit hũores adherẽtes cuius signũ est ꝙ secũdinas exprimi facit. ¶ Ex qbꝰ pꝫ cã verificãs afoᵐ quãtũ ad molestationẽ matricis. Nã sternutatio est cã curatiua. ꝛ loqtur Hippo. ita de sternutatiõe eueniẽte ab itrĩseco. sic ab extrinseco per approximata naribus.

Dubium tñ videꝛ quõ ꝑpter malos hũores i matrice ꝛ ↄtractionẽ eius sequaꝛ cerebri lesio. cum tñ matrix nõ sit notabiliter cerebro alligata: qꝛ ipsa non multos habet neruos vt membra capiti cõicantia que videnꝛ neruosa esse.

¶ Respõdent aliq negãdo ↄñãꝫ. Nã lꝫ parua sit colligantia tñ ex maligna mã põt nocumẽtũ cõicari toti nõ solũ capiti: vt pꝫ in puncturis venenosis in quocũq; membro factis. Dicũt ẽt aliquã eẽ colligantiã ꝑ neruos.

¶ Sꝫ iudicio meo nõ respõdẽt ad intentũ. ¶ Querit.n. quare ex mala dispõne matricis magis cõicat cerebrũ ꝛ caput q̃ alterius mẽbri habẽtis plus de neruis. vñ itestina magis neruosa existẽtia nõ ita cõicãt capiti. Secundo. Itẽ qꝛ ex mala materia in mrice magis cõicaꝛ anteriori pti capitl q̃ posteriori: vt pꝫ a Cõmẽtatore sexto epilepsie. cõmẽto pmo. sup parte illa. ꝛ fm bregma dolores. vr.n. ꝙ si ꝑ colligantiã cõicat ꝙ maxie cõicat parti cui magis colligaꝛ: ꝛ ista est posterior a qua oriunꝛ nerui sui. Dicẽdũ q̃ aliter fm Cõmẽtatorẽ libri sexti epilepsie. cõmẽto p. ꝙ matrix ꝑ plurimas venas ꝛ artarias apta est mala existẽte in ea materia cõicare fumũ capiti ꝛ vaporẽ per venas ascendentẽ. ꝛ iõ in oĩ repletiõe eius venaꝝ notabili quasi semꝑ aliqð nocumẽtũ capiti cõicatur. anteriori autẽ parti magis: qꝛ ad illas magis est naturalis vapoꝝ deriuatio: cũ sint ibi plures cõmissure ꝛ craneũ porosius ꝛ subtilius. ꝛ qꝛ ibi sunt plures pellicule ꝑ quas dura mater alligatur craneo magis sentitur nocumẽtũ: ꝛ tu vide cõmentum illud.

Secundum dubiũ q̃re in qbusdã matricũ nocumẽtis fit syncopis: i qbusdã spasmi. in qbusdã anhelitus ablatio. Ur.n. ex mã cõtẽta in vno mẽbro cõicari debẽ nocumẽta eisdẽ nõ diuersis. ꝛ nocumẽta cõicata esse: ꝛ veritas dubij cõstat experto in arte Gal. sexto iteriorũ. caplo 4°. Sꝫ hic assignat Gal. loco allegato satis cõem. ꝛ ẽ diuersitas materiei faciẽtis passionẽ que est magis apta ledere vnũ mẽbrũ q̃ reliquũ ꝛ põt eẽ diuersitas aptitudis mẽbroꝝ ad patiẽdũ. vñ post Gal. vult ex frida valde corpꝰ fieri fridũ. ꝛ pulsũ ꝛ anhelitũ deficẽ: ex melãcholia tristitiã: ex corrosiua spasmũ.

Tertio dubitaꝛ vtrũ in prefocatiõe matricis anhelitus priueꝛ: qꝛ matrix extendiꝛ ita vt cõprimat diaphragma. ¶ Ad partẽ affirmatiuã est antiquoꝝ opinio narrata a Gal. 6° iteriorũ. caplo 4°. cũ dixit qdã dicunt ꝙ vulua ꝑ desideriũ humectatiõis circa viscera mouet. Et si ꝑ corpꝰ moueaꝛ icidẽs sup diaphragma prohibet anhelitũ: ꝛ potest argui ꝙ in suffocatõe matrix sursum trahiꝛ: vt patet ex Haliabate nono theorice. ꝛ qꝛ Auic. dicit ꝙ sentiũt aliqd ascẽdere a pectine. sꝫ hoc nõ vr necessarium nisi ꝑ cõpressionẽ diaphragmatis. q̃ ꝛc.

¶ In contrariũ est Gal. libro stati allegato dũ dixit. quia quãuis vulua superius ascẽdat parũ. tñ salire videꝛ. non eni mõ vsq; ad stomachũ: quanto minus ad diaphragma.

¶ Pro dubio puto primo ꝙ ad causandã prefocationẽ matricis non oportet matricem cõprimere diaphragma. patet. quia stat malam materiã vaporosam cõmunicari capiti. vnde priuabitur quasi anhelitus absq; matricis eleuatione vsq; ad diaphragma. ¶ Puto secũdo ꝙ cõpressio quam faceret matrix ad diaphragma nõ sit sufficiẽs cã prefocatiõis. ꝛ hoc vult expresse Gal. loco allegato. ꝑ hãc eni cõpressionẽ. ꝛ si anhelitus quodãmodo ipediri posset. tñ syncopis ꝛ spasmus ꝛ stupor in manibus ꝛ pedibus que cõcomitãtur prefocationẽ nõ sequerẽtur: sicut nec sequiꝛ cõpressionẽ diaphragmatis a pharmaco nimiũ repleto. ¶ Tertio tñ dico ꝙ in pluribus pregnantibꝰ vsq; ad cartilaginem super os stomachi. s. vsqꝫ ad pomũ granatũ pluries fetũ sensi: ꝛ cũ illo vidi qñq; prefocari quãdoq; nõ. Et hoc pluries sum expertꝰ. Quod ergo dixit Gal. in libello de anothomia matricis. caplo de magnitudie eius. ꝙ matrix fm superiorẽ partẽ sui ꝑpe vmbilicũ est. itelligiꝛ illa q̃ cõmoderate se hꝫ: vt pꝫ in lrã. ꝛ ita puto intelligẽdũ sexto iteriorũ. ca° allegato.

Dubitatur 4° quare nõ sit prefocatio matricis i tꝑe pregnatiõis vltimis prope mensibus: cũ tũc sint plura mẽstrua ꝛ corrupta retẽta. ꝛ similiter tꝑe partus cũ tũc sit illorũ plurima cõmotio. ꝛ iã nõ sit ibi fetus presentia. ¶ Hic dꝛ ꝙ menstrua dũ fetus ẽ in matrice regulantur ꝛ prohibẽtur a putrefactione mala. ꝛ in hora partus motus ꝛ expꝑssio vndiq; sunt ad inferiora. vñ prohibetur fumorũ ascensio ad superiora.

¶ Ultimo nota ꝙ nõ semper ꝑuenitur ex tali mã ad itegrã prefocationẽ. sed plurimũ ad hoꝝ accñtiũ participationẽ vt anhelitus difficultatẽ ꝛ cõtractiões anxietates ꝛ quietudinis ꝛ alienationes ꝛ mollitiẽ. quãdoq; lateris vniꝰ. ac si eẽt paralytica ꝛ curaꝛ cura prefocatiõis. Sed de difficultate generãdi pꝫ pmo ꝙ nõ intellexit difficultatẽ cõcipiẽdi. nã sternutatio potius ipedit cõceptum q̃ adiuuaret: sꝫ ꝑ generare itelligit parere. ¶ Nota 2° hoc nomẽ partus quãdoq; iportare tm̃ exitũ embriõis a matrice: plurimũ tñ iportat exitũ fetus ꝛ mũdificationẽ ꝑ matricẽ a superfluitatibus retẽtis tẽpore pregnatiõis ꝑpter fetũ. vñ Aui. 2i. tertij. tertio ca° ð dispõnibus. Enixe dixit partus nõ extẽdiꝛ in masculis vltra tres ꝛ in feminis vltra. 4. dies: ꝛ plus parũ nõ itendiꝛ nisi mõ dicto. H̃ autẽ loquiꝛ ð partu mõ prio. ¶ Nota tertio ꝙ cause difficultatis partus sũt plures vt pꝫ. 2i. tertij. ca° de difficultate ptus. Sũt.n. ex parte matricis stricte debilis isuete nimis sensibilis ipatiẽtis timide multũ ad pariẽdum ꝛ stricturã ossiũ pectinis: aut ex pte fetus debilis. aut mortui. aut male figure. aut in magnitudie. aut mõ mẽbroꝝ peccãtis. aut ex parte matricis: qꝛ apã vel vlcera. aut aliã egritudinẽ patiẽtis. aut stricturã oris. aut nimiã paruitatẽ; aut ex pte secũdine: qꝛ sit nimis mollis vt nimis cito frangaꝛ ꝛ aqua egrediaꝛ. ¶ Aut ex parte egritudis mẽbroꝝ magnoꝝ: sicut intestinoꝝ vesice ꝛ musculoꝝ ventris. aut ꝑ cãs primitiuas sicut vbi grã. vẽtus septẽtrionalis spissans: aut frigus cõgelãs: aut calor dissoluẽs: aut accñs aĩ ꝛ similia: sicut multũ olfacere aromata qð facit matricẽ ad supiora leuari. Mõ cõstat ꝙ lꝫ nõ i oibꝰ istis sternutatio ↄueniat. tñ qꝛ i ipsa fit fortis ↄcussio versus iferiora. iõ in plurimis ẽ iuuatiua. qꝛ conatus mẽbrorum ad pellẽdũ iferius additus facit vt facilius egrediaꝛ cũ faciat eiꝰ iferiores meatꝰ magis dilatari. ꝛ sic pꝫ scõaꝫ partẽ vificari vt i pluribꝰ. ꝛ nõ ꝙ i q̃libꝫ hora difficultatis partus cõfert sternutatio: sꝫ qñ icipit aperiri os mricis ꝛ humiditates effundi icipiũt. vt pꝫ ex Aui. ca° de regimine eiꝰ in qua ptus sit difficilis. 2i. tertij ꝛc. ¶ Cõmẽtũ Gal.

Hunc afo. obscurat. Gal. in cõmento facit q̃tuor. pmo dãdo cãm obscuritatis afoᵐⁱ põit vnã falsã opinionẽ. 2° aliã cũ sua iprobatiõe. 3° improbat primã expositionẽ. 4° põit expositionẽ verã assignãdo cãm. ibi 2ª [Alij itelligunt.] ibi 3° [Qui vo.] ibi 4ª [Ablatio.n.] ¶ De prima dicit ꝙ

hunc afo^m facit obscurũ hoc vocabulũ molestia mr̃icis.
vnde aliqui putãt Hip. itelligere oẽm molestationẽ ma
tricis ⁊ nõ solũ illud accidens qδ vocaẽ molestatio mr̃i
cis: qδ accidẽs apparet ablatio anhelitus: vt patuit q̃rta
particula cõmento. 33. ¶ De 2ª parte dicit ꝙ alij ꝑ mr̃i
cẽ itelligũt secũdinã. ⁊ est cã: q꞉ secũdina cõicat noĩe gre
co cũ matrice. sed isti secũdi errant. primo q꞉ de secũdia
parũ ante dixerat. ⁊ iõ nõ oꝫ ꝙ repetat. 2° q꞉ nõ oꝫ ꝙ sibi
cõicent in noĩe matrix ⁊ secũdina: ꝙ ꝑꝑ hoc ꝙ q̃n cunqꝫ
loquiẽ de egritudinibus mr̃icis itelligam⁹ de secũdina.
¶ In parte 3ª dicit ꝙ ꝑmi manifeste errauerũt dicẽtes
intelligi oẽꝫ passionẽ mr̃icis. ⁊ rõ q꞉ manifestũ est ꝙ in
flegmone qδ est apã calidũ. ⁊ in sclirosi qδ est apã frigi-
dũ in matrice sternutatio nõ est bona sꝫ mala. ¶ De q̃r
ta parte dicit ꝙ itelligendũ est de ꝑ̃focatione matricis:
q꞉ ablatio anhelitus ꝓculdubio iuuaẽ ꝑ sternutationẽ:
q꞉ natura est quasi sopita vel mortua ⁊ cõgelata. ⁊ ꝑ ster
nutationẽ quasi euigilatur ⁊ excitaẽ. ⁊ ꝑ motũ forte ster
nutationis mã necesse ẽ q̃si ꝙ expellaẽ qδ dicit pleni⁹ in
libro quẽ fecit de demõstratiõe. vñ sternutatio in singul
tu valet. q꞉ ex ĩpetu cõmotionis frequẽter ꝑtus ⁊ secũdi
na q̃ nõ δ vulua egrediebãtur emittũtur: ⁊ sic pꝫ q̃uo va
let difficulter generãti qδ erat 2ª pars cõclusionis afo^mi.

Aforismus. XXXVI.

Mulieri menstrua habenti sine colore proprio: ⁊ nõ ẜm se semper facta pur gatione indigere significat.

¶ Cõclusio hec est. mẽstrua facta in muliere
semꝑ sine ordine in tꝑe ⁊ sine colore significãt mulierez
indigere purgatiõe. ꝓbaẽ. hoc significat abũdãtiã alioꝝ
humoꝝ a sanguine in venis tãtã ꝙ sine purgatiõe natu-
ra nõ sufficit bene regulare ⁊ ad bonũ deducere. g̊ signifi
cat indigentiã purgatiõis. ꝯña est clara: ⁊ assumptũ ĩ no
tabilibus declarabiẽ. ¶ Nota prĩo ꝙ mẽstrua fieri sine
ordine in tꝑe itelligiẽ. q̃n inter vnã ⁊ aliã mẽstruatiõeꝫ
nõ interuenit tꝑs equale aut quasi vel ẽt si nõ iteruenit
mẽsura tꝑis que dꝫ eẽ mulieri nãlis de qua mẽsura dixi
supra: aut si in sua duratiõe ꝑmuteẽ a mẽsura consueta.
Exẽplũ primi vt si inter primã ⁊ secũdã menstruationẽ
sunt. 24. dies. Inter secũdã ⁊ tertiã. 28. ⁊ sic proportiona
biliter. Exẽplũ scdi. vt si semꝑ inter vnã mẽstruationem
interessent soluꝫ. x. dies. hec. n. ẽ minor mẽsura nãli. Exẽ
plũ tertij. vt si prius duraret. 5. diebus postea duraret. 8.
⁊ quolibet mõ dicim⁹ mẽstrua fieri diuersa ab ordine.
aut nõ ẜm se. i. nõ ẜm ordinẽ ⁊ mẽsuram in tꝑe naturalẽ.
¶ Secũdo nota vt ꝑ̃dicitẽ ꝙ ẜm varietatẽ generatiõis
sanguinis vltra mẽsurã requisitã pro ꝯseruatiõe indiui-
dui aut paucitate resolutõis. aut fortitudinis virtutis ex
pulsiue venaꝝ aut acuitate aut subtilitate sanguinis aut
debilitatis cõtentiue. aut tarditate alteratiõis sanguinis
mẽstrui deducta particulari matricis dispõne variaẽ or
do iterpolatiõe fluxus sanguinis mẽstrui ⁊ mẽstrua tꝑis
iter vnã menstruationẽ ⁊ aliã. lꝫ etiã hoc fieri põt a cau
sa ꝑ̃mitiua sicut ꝯstellatio vel motus nimius vel suppo-
sitio medicinaꝝ ꝓuocantiũ vel ꝓhibẽtiũ fluxũ mẽstruo
rũ ⁊ similia. ⁊ iõ q̃n nõ seruaẽ nãlis modus cõsuetus in
fluẽdo deducta cã ꝑ̃mitiua ⁊ nõ exñte ꝑticulari dispõne
in matrice: vix eẽ põt hec variatio ex alio q̃ꝫ ex peccato
in sanguĩe qδ peccatũ est ꝑꝑ ꝑmixtionẽ alioꝝ hũoꝝ cuꝫ
eo si nõ serueẽ debitus ordo. ¶ Tertio nota ꝙ ꝑmixtio
maloꝝ hũoꝝ cũ sanguine nõ solum variat ordineꝫ quo
ad mẽsurã tꝑis iter vnã mẽstruationẽ ⁊ aliã exñtem sed
quo ad tẽpus duratiõis fluxus mẽstruoꝝ: q꞉ facit q̃nqꝫ
pluri quãdoqꝫ pauciori tempore durare. ⁊ quo ad quanti
tatẽ: quia quãdoqꝫ maior sanguinis quãtitas in vna pur
gatione mẽstruali q̃ꝫ ĩ alia. ⁊ hoc valde notabiliter. Hip
po. tamen soluꝫ mutationẽ temporis videtur itellexisse.
vt patet ex Gal. in cõmento. forte vult ꝙ per hoc intelli-
gamus mutationẽ in tꝑe. ¶ Quarto nota ꝙ mẽstrua eẽ
sine colore nõ itelligiẽ ꝙ sint mẽstrua multũ habẽtia co
lorẽ. sed ꝙ nõ hẽant colorẽ naturalẽ mẽstruoꝝ mulieris
illius. verbi gratia: q꞉ sint aut magis citria aut nigra aut
magis viridia aut magis subalbida q̃ꝫ debẽt esse in illa
muliere. ¶ Nõ q̃nto ꝙ cã mutatiõis talis coloris. lꝫ pos
set eẽ sanguis ĩ sua subã variata cõplexio: tñ quasi semꝑ
⁊ ꝑꝑ ꝑmixtionẽ hũoris cũ sanguĩe talẽ colorẽ hñt vario
mõ ab eo q cõsueuit misceri. ⁊ iõ si prior modus erat na
turalis: hoc 2^m significat ꝑ̃ternãlẽ abũdãtiã talis humo-
ris in sanguine. ¶ Nota sexto ꝙ ꝑmutatio in tꝑe aut in
colore intelligiẽ respectu coloris naturalis illi mulieri:
cuiusmodi sũt mẽstrua. nã nõ oĩ mulieri nãlis color mẽ
struorũ ẽ silis oĩno: sꝫ quarũdã ẽ rubicũdior: q̃rũdam ci
trinior: ⁊ sic de alijs. ⁊ medicus dꝫ eẽ hñs respectũ ad co-
lorẽ illi mulieri nãlẽ. ¶ Ex istis pꝫ mõ verificatio afo^mi
q꞉ menstrua facta in nõ debito tꝑe q̃n nõ sũt a cã primi-
tiua nec ꝑꝑ particularẽ matricis dispositionẽ: ⁊ silr̃ sine
colore nãli quasi sꝑ sunt ꝑꝑ abundantiã ꝑ̃ter naturaꝫ hu
moris alterius a sanguine multũ existente in corpore. ta
lis aũt abũdãtia indiget euacuari cũ pharmaco purgãte
talem humorem: aut vomitu: aut secessu: cũ humori alte
ri a sanguĩe debeẽ purgatio ẜm exigentiã humoris. ⁊ q̃n
accelerat ꝑmixtio aquosi vel acuti ⁊ ẜm varios colores
varij humores significãtur debere purgari. ¶ Cõtingit
aũt retineri ĩ lactãte ⁊ nõ lactãte per quosdã mẽses post
partum ⁊ in pregnãte: sed iste retentiões sunt naturales:
⁊ de istis non intendit Hip. ¶ Contingit quãdoqꝫ ex ni
mia dissolutiõe vt in longis febribus retineri ꝑꝑ sangui
nis paucitatem. aut non venire ẜm consuetam ⁊ natura
lem interpolationem. ⁊ hoc est raro: ⁊ tunc nisi malus hu
mor sit permixtus non sunt absqꝫ colore. ¶ Contingit
etiam frequentius fluere ꝑꝑ sanguinis abundantiaꝫ aut
mutationem regiminis aut propter nimiam quietẽ: aut
quia membrum aliquod mulieri fuit abscisum: ⁊ si solũ
in quanto peccaret sanguis non fieri nisi flobotomia. ⁊
ideo quidã antiqui per purgationem intelligunt vniuer
saliter omnem euacuationem.

¶ Ego aũt: quia video Hippo. duo ꝯiungere: quorũ vnuꝫ
est nõ venire ẜm tempus debitũ: reliquũ est absqꝫ colo-
re. ex istis duobus cõiunctis indigemus purgatione. ideo
nomen purgationis sumpsimus proprie. ⁊ si queriẽ que
sunt debita tꝑa fluendi dictum est in illo aforismo. ⁊ cõ-
clusio huius particule. s. Muliebria. ¶ Si vo queratur
quis est debit⁹ color menstruoꝝ: dicitur ab Aristotele no
no de animalibus. ⁊ ab Auic̃. similiter ꝙ debet esse sicut
sanguis arietis nouiter decollati: q꞉ paruꝫ albior sangui
ne qui per flobotomiam mulieris euacuaretur: q꞉ in tem
pore in quo retinetur permutatur ⁊ est hycorosus.

Cõmentũ. Galeni.

Hunc afo. multis. Gal. in cõmento primo ponit aliã
litteram ⁊ exponit eam ampliãdo. secundo ex
ponit litteram vt iacet modo. 2ª pars icipit ibi
[Si aũt in libro.] De prima parte dicit tria. pri
mum est ꝙ hũc afo^m in q̃busdã libris inuenit. ¶ Men
strua si sint differentia ⁊ nõ ẜm tempus venientia pur-
gatione indigere significat. Et constat ꝙ h̃ littera intelli
git ꝙ deficiãt in tempore in quo debent venire. Et ideo
expositio Galeni ad hoc solum vadit in ista parte. ¶ Se
cundo dicit ꝙ hec diuersitas potest intelligi in tempore
veniendi: q꞉ non in suo tempore veniant ⁊ de istis est ve
rum ꝙ mũdificandũ est corpus ab illa mã que prohibet

menstrua venire. ¶ Tertio dicit ꝙ nõ sola purgatio est faciẽda: sed est ordinanda dieta: scilicet attenuãte: qꝺ dic͂ se ostẽdisse in p̄mo libro de mẽstruis. ꝛ cum hac est neces saria calefactio aromatica. i. ex aromatibus tam assum/ ptũ ꝙ̃ suppositũ per varios modos assumptionũ ꝛ suppo sitionũ. ꝛ est vtile calamentum quo consueuit vti in mẽ struis ꝓuocãdis. Et ratio est: q2 in hac dispositione habe/ mus duas itentiones quaꝝ vna est sanguinem subtiliare mũdificãdo ipsuꝫ de grossis humoribus. alia est aperire venas veniẽtes ad m͂ricẽ q̄ dr̄ h̄ vulua. SI AVTEM. In hac 2ᵃ parte verificat lr̄am cõmuniter inuentaꝫ ꝛ su pra positã: ꝛ diuiditur in duas. primo verificat primũ in/ clusuꝫ in afforismo: scilicet ꝙ mẽstrua sine colore signifi/ cãt indigẽtiã purgatiõis. scꝺo scꝺam: q2 facta non ꝺm se significãt indigẽtiã purgatiõis. ibi 2ᵃ [Qꝛ vo.] ¶ In pri/ ma dicit ꝙ si in libro iueniat̃ sine colore itelligit̃ diuer/ sorũ colorũ a naturali. ꝛ certum est. qñ ita inuenit̃ corpo ra debere medicari. i. pharmaco purgari. sed colores mẽ/ struoꝝ nõ solũ mutãtur ex flegmaticis humoribus: sed cholericis ꝛ melancholicis. Et iõ videt̃ ꝙ ꝺm humoris peccantis exigentiã faciẽda est purgatio. ꝛ subdit ꝙ Hip. in libro de colore muliebri mõstrauit quo mõ intelliga/ mus quales sunt humores corpori dominãtes. ꝛ hic pre/ cipit mũdificari p̄dictas mulieres cũ pharmacia vomi/ tu. Et hoc vbũ Galeni facit me sumere purgationẽ in ex/ põne afoᵐⁱ ꝓ eũone cũ pharmaco. QVOD VERO. Declarat scꝺam partẽ dicens ꝙ illud qꝺ dixit ꝛ nõ ꝺꝫ se semper facta purgatione idigere ꝯsonat nostre expositio ni de sine colore dicto ac si ambo ꝯiungerem mulieri si mẽstrua sint sine colore ꝛ nõ ꝺm se semꝑ facta significãt indigere purgatiõe. Et rõ est: q2 qñ mali humores domi nant̃ in corꝑib⁹ nõ solũ sũt cã mali coloris ꝛ mutatiõis ei⁹. sꝫ ẽt corrũpunt iterpolati tẽporis manatiões: q2 si hu mores sint grossiores debito fiũt in cursu tardiores. si vo subtiliores sunt velociores. g̊ ꝛc̃. Aforismus. XXXVII.

Mulieri in vtero habenti si subito ma mille graciles fiant abortit.

¶ Cõclusio est ista. Gracilitas mamillaruꝫ subito fcã in muliere p̄gnãte significat abor sum. probatur. hoc significat defectũ nutrimẽti fetus. er go ꝛc̃. cõsequẽtia cũ antecedẽte declarabũtur in notatis. ¶ Primo ergo nota ꝙ mamilla ẽ mẽbrũ organicum ex cute venis neruis artarijs ꝛ carne molli spõgiosa cõposi tuꝫ ad lac generãduꝫ vel cor tegẽdũ principaliter a natu ra istitutũ. ꝛ isto modo ꝛ in viris possumus dicere eẽ ma millas. Aui. autẽ: q2 solas muliebres. iꝫ. tertij mamillas vocare voluit. iõ descripsit eas ꝑ hoc solũ ꝙ sunt mẽbra ad lac generãduꝫ finaliter ordinata. ¶ Nota secũdo ꝙ mamille ꝛ matrix in muliere cõmunitatẽ magnã habẽt precipue propter venas ꝛ artarias que a partibus supio ribus arte sanguinẽ ad matricẽ deferũt ꝛ ecõtra reflectũ tur ꝛ i mamillas ingrediunt̃ a matrice sursũ vsqꝫ ad eas prolongate. In quibus venis est hoc singulare ꝙ sole ha bẽtes originẽ supra diaphragma descendũt infra ꝛ sole euntes ad mamillas de locis orte infra diaphragma ascẽ dũt supra diaphragma vt dicit Gal. 14. de vtilitate ꝑticu larũ. c. 8°. Quidã ãt addũt tertiã societatẽ ꝑ riuos. vnde assumunt cãm ꝙ matrix cõmouetur ad venerea. quãdo mulierũ mamille tangũtur vt notat experiẽtia ꝛ dr̃. 21. tertij. capitulo de cura sterilitatis. Sed ego non legi ab aliquo auctore spãlẽ colligãtiã neruorũ. Fortassis eni nõ minus cõmouentur cũ suis manibus tãgunt virilia aut cum vident. sed de prima colligantia patet per auctores ꝛ in anothomia. ¶ Nota tertio ꝙ sanguis qui in tem/ pore pregnationis fertur ad matricem non totus tran/ sit in nutrimentũ fetus. imo alique partes reseruant̃ vel lende in partu alique transmittuntur ad mamillas ꝯuer tendo in lac vt dicitur prima primi. caplõ de membris. ideo in tẽpore pregnationis plerũqꝫ mamille maiorem habent tumorem ꝙ̃ in tempore quo nõ lactant ꝛ nõ sunt pregnãtes. ꝛ quãdoqꝫ habẽt lac. immo plurimũ post q̃r/ tum mensem. ¶ Nota quarto ꝙ gracilitas ꝛ diminutio potest accidere mamillis pregnantium multis modis ꝛ de causis. nã primo si exprimatur lac in eis existens: ꝛ q2 in pregnante nõ lactante nõ multũ est lac. ideo ista non est multũ notabilis. nec de ista intendimus. ꝛ q2 multus fluat sanguis a matrice ꝛ euacuerent̃ consequenter vene mamillarum que sunt magis colligate. ¶ Tertio qñ ac/ cidit in matrice dolor vel apostema propter qꝺ sanguis ad ipsam trahat̃ subito a membris magis colligatis. aut ꝓpter aliꝺ nocumẽtũ. ¶ Quarto: q2 deficiat fetui nutri/ mentũ. ¶ Quinto: q2 mater ieiunat. aut egrotat: sed quã/ do paulatiꝫ fit diminutio vel gracilitas nõ oportet abor tire: q2 stat paulatim fetui fieri necessitatẽ attrahendi ex eis ꝛ posse durare ꝛ stat per resolutionẽ aliunde factam ꝙ̃ ꝑ fetus attractionẽ detumefieri. Si vo fiat subito non est nisi ꝓpter multam attractionẽ subito factã ad matri cem. Hoc auteꝫ est tribus modis. vnus vt dicitur multa subita euacuatio sanguinis a venis matricis. vnde euacu antur vene secũdine ꝛ vene fetus principales per colligã tiã: ꝛ vene mamillarũ: hoc addito: q2 cum hoc fetus tra/ hit ab illis. ꝛ in isto casu fetui deficit nutrimẽtũ intrinse cus. q2 sue vene subito sũt multũ inanite. Et ideo virtus sua deficit ꝛ agitatur. ꝛ aut moritur aut expellitur. ꝛ ita fit aborsus. ¶ Secundus est quãdo matrici esset valde forte nocumentũ vt apostematis: aut doloris: aut vulne/ ris. ꝛ in hoc scꝺo casu constat ꝙ plurimũ abortit. ¶ Ter/ tius est quãdo ex alia quacũqꝫ causa fetui subito defice ret nutrimẽtũ: vel q2 diuerteret̃ sanguis ad aliũ locum vel fieret oppilatio subita venarum ad matricẽ venien/ tiũ vel ꝑꝑ quẽcũqꝫ modũ multe subite euacuatiõis. ꝛ in isto casu etiã debilitatur fetus: q2 subito nõ tm̃ traheret a mamillis ꝙ ipse fierẽt graciles. talẽ aũt subitã fetus de bilitationẽ sequit̃ ꝛ agitatio sua ꝛ debilitatio periculosa ad mortẽ eius. vñ sequit̃ aborsus. ꝛ ideo quãdo mamille fiũt subito graciles significat̃ aborsus: que fuit cõclusio afoᵐⁱ. ¶ Et nota ꝙ lꝫ ita sit vtplurimũ ꝛ quasi semꝑ: tm̃ forte in aliquo cõtingeret ꝯtrariũ: sicut videmus multo tiẽs sanguinẽ currere ad matricẽ. ꝛ tm̃ nõ sequit̃ aborsus. ¶ Ego. n. curaui vxorẽ nerõis florẽtie q̄ passa fuit fluxũ mẽstruoꝝ i maxia quãtitate vt q̄si syncoparet: ꝛ fetũ nul lo mõ sentiebat: ꝛ putabat ipsum mortuũ: vñ querebat abortire mẽse octauo cõpleto. ꝛ cũ medicinis cordialib⁹ ꝛ sanguineꝫ restringẽtibus: ꝛ debito vite regimine resti/ tuta ẽ: ꝛ tãdẽ cõpleto nono mẽse peperit filiuꝫ qui vixit.

Sed tamen circa istã materiã cadũt alique dubi tatões. prima ꝓpter qd mulieres hñt mamillas i pectore. ꝛ reliqua aialia hñtia mamillas hñt eas itra costas ꝛ i vẽtre. vr̃. n. ꝙ dẽret eẽ i vẽtre i mulie/ re. Nã siles sũt cause ꝑꝑ q̄s ꝺbẽt eẽ iferi⁹ i muliere ꝛ aia libus q̄drupedib⁹ filiũ generãtib⁹: q2 cã q̄ põit̃ ab aristo tele. 4° de ꝑtibus aialiũ est ꝙ cremẽtũ aialis est i ꝑte su periori: ꝛ q2 loc⁹ circa vẽtrẽ ẽ loc⁹ cibi. mõ ista sũt ita in mulierib⁹ sicut i alijs aialib⁹. g̊ ita debẽt hẽre mamillas circa vẽtrẽ sicut reliq̃. ¶ Cõfirmat̃. ibi debẽt eẽ mamil le ad quẽ locũ breuior ẽ via nutrimẽti: sꝫ breuior ẽ ad ꝑt⁹ circa vẽtrẽ: g̊ ibi debẽt eẽ. Assũptũ ꝛ ꝯñs patẽt: ꝑpea q2 ibi optie sũt vbi maxie supabũdat ꝛ amplior ẽ nutrimẽ ti supfluitas: sꝫ hoc ẽ ꝓpe epar vbi ẽ fons nutrimẽti. g̊ ꝓ pe epar ꝺbẽt eẽ: ꝛ assumptũ ẽ Galẽi 7° ꝺ vtilitate ꝑticula rũ. vbi assignãs cãs q̃re i muliere sũt mamille i pectore

quas posuit ⁊ dixit. Et tertio quoniam superfluitas beni
gni nutrimēti ibi plurimum euacuatur.

Secunda dubitatio quare in hominibus maribus
mamille sunt etiā posite in pectore cum
non habeant lac generare: videtur. n. ꝙ natura non debe
ret hoc facere cum natura nihil frustra faciat: ⁊ mamil-
le nō generantes lac sunt frustra.


¶ Tertia dubitatio quare in quadrupedib⁹ duas mamil
las habentibus tm̄ nō inueniuntur nisi raro in maribus
mamille vt asinis ⁊ bobus ⁊ camellis. In quadrupedib⁹
aūt multas habētib⁹ iueniunt̄ ēt in marib⁹ vt pꝫ in cane
⁊ catto ⁊ porco vt ponit̄ de vtilitate a Gal. cap̊ vltimo.

¶ Quarta dubitatio quare inter quadrupedia duas tm̄
mamillas habentia magis in equis aliqñ mares habent
mamillas q̄ꝫ in alijs. ⁊ veritas huius sumit̄ q̄rto de par-
tib⁹ aīaliū ab Aristo. vbi dixit ⁊ mares quorūdā aīaliūꝫ
nō habent: equi vō qñ assimilantur matrib⁹ hn̄t mamil
las: qñ assimilant̄ patribus nō habent: ⁊ hoc ēt Gal. dicit
auctoritate Aristo. septimo de vtilitate. capitulo vltimo.

Ad primam dicit̄ ꝙ nā in eligendo locū genera
tionis mamillarū nō solum inten-
dit ponere vbi minus crescit corpus: sed vbi plus abun-
dat cibi digesti superfluitas: ⁊ qꝛ hic locus est homini fa
miliarissim⁹ ⁊ aptissim⁹ ad p̄bēdū nutrimētū īfanti: ⁊ qꝛ
ex mamillis fit cordi magnū iuuamētū in reflectēdo ca
lorē ⁊ ꝯseruādo cor: sed in quadrupedib⁹ nō fuit loci fa-
miliaritas in pectore p̄sertim tāta q̄ꝫta iter costas nec tā
ta fuit necessitas custodie cordis qꝛ habēt dorsum supra
ad custodiēdū ⁊ tutelā ⁊ ꝓhibendū plus extrinsecus oc-
currentia. Et ex hoc patet solutio ad ꝯfirmationes ⁊ ad
secundā p̄ncipalem dubitationem. ¶ Ad tertiam dicit̄
animalia polithoca mirach ventrem habere nālem ma
gis tenue q̊ ad musculos vētris ⁊ parietes pectoris iux-
ta ventrem iterū tenues vt possint in pregnatiōe ex mul
tis satis extendi. Et ideo ad īteriorꝝ tutelā etiā in mari-
bus nā fecit mamillas sicut in homine ad cordis defen
sionē: ecōtra aūt in magnis ⁊ monothocis. ¶ Ad q̄rtum
videt̄ ꝙ exteriores partes equi sunt passibiliores q̄ꝫ ani
maliū aliorꝝ sibi proportionabiliū ⁊ virtus assimilatiua
fetus ad parentes fortior q̄ꝫ in alijs monothocis q̄drupe
dibus. Et ideo quādo virt⁹ qua assimilatur fetus matri
dominat̄ facit mamillas: sꝫ qñ nō: mamille nō fiunt. in
alijs āt vt⁹ nō h̄ mō pōt imutare. Et iō Gal. dicit loco al
legato de oīb⁹ ꝙ nō habēt mares mamillas i q̄drupedi-
b⁹ talib⁹ vbi si nō fuēt silitudinē genimina ad parētes.
Aristo. in equis preparauit ⁊c. Cōmentum Galeni.

Hic aforism⁹ precedit quid fetus.
¶ Gal. i cōmēto fac̄
tria. p̄mo ponit intentionē generalē. secūdo
verificat afo^m per cām. tertio declarat cāꝫ in
terposita auctoritate Hippo. 2ª ibi [Vulua
eni.] ibi 3ª [Sicut Hippo. ꝓtestat⁹.] In p̄ª dicit ꝙ hic afo
rismus innuit quid patit̄ fetus de minoratione cibi. i. ꝓꝓ
defectum sui proprij cibi qui est sanguis quo nutritur.

¶ De 2ª dicit ꝙ que vene sunt cōmixte vulue ⁊ mamilla
rū. i. matricis ⁊ mamillarꝝ de qb⁹ venis dcm̄ est in expō-
ne ⁊ qñ sanguis minorat̄ in venis matricis minorat̄ ēt
in venis mamillarꝝ ꝓpter colligantiāꝫ: ⁊ necesse est tunc
macellari. i. fieri macras ⁊ graciles: ⁊ iō qñ fiūt graciles
significant minorationē semper valde notabilem ⁊ subi
tam in cibo fetus. Et ideo necesse est fetum mori aut cō
pelli ⁊ ad eundū: ⁊ vtroqꝫ modo est aborsus si egrediat̄.
in tertia parte dicit ꝙ accidit sicut Hippo. est ꝓtestat⁹ in
libro de natura fetus vbi dicit ꝙ cuꝫ cib⁹ qui cā est au-
gmentādi fetū nouē mensib⁹ exactis non sufficit ad nu-
triendū fetum: quia fetus capit nutrimentum. i. dulcio-
rem sanguinem ⁊ saporosiorem ⁊ subtiliorem cum iam
magno facto non tantus sit qui sufficere possit ad nutriē
dum recalcitrante fetu ⁊ nimium mouente rumpuntur
pellicule quibus ligatus tenebatur ⁊ semper fit partus.
Idem igitur est facere cum non inuento cibo ante tem-
pus mater cogitur abortire. Aforismus. XXXVII.



**Mulieri in vtero habenti si subito ma
mille graciles fiant abortit.**

¶ In p̄nti afo. tres ꝯnes intendit. 2^am ponit
ibi [Si quis.] 3^am ibi [Si vō.] Cōclusio p̄ª est
ista. Gracilitas alteri⁹ mamillarū in muliere
pregnante ex gemellis subito facta significat aborsuꝫ al
terius gemellorꝝ. Cōclusio probatur sic. Talis gracilitas
significat defectū pro altero gemellorū subito ⁊ magnū:
ergo significat illius aborsum. ꝯsequentia patet ex sentē
tia superioris aforismi ⁊ assumptum declarabitur post.
¶ Secunda conclusio est ista. In muliere p̄gnāte ex ge
mellis gracilitas subito facta in mamilla dextra signifi-
cat aborsum fetus maris. ꝓbat̄ sic: qꝛ significat defectuꝫ
nutrimenti in fetu in masculino genere. ergo ⁊c. ¶ Ter
tia conclusio est ista. Gracilitas mamille sinistre mō di-
cto significat aborsuꝫ femine. probat̄: quia significat de-
fectū nutrimēti in fetu femineo. ¶ Circa aforismuꝫ nō
p̄mo ꝙ vliter dicimus mulierem pregnantem ex gemel
lis subito factam significat aborsum que multos fet⁹ ha
bet simul in vtero siue fuerint duo siue plures. ¶ Nota
secundo ꝙ cā gemellorū est multitudo spermatis in ma
trice in partes quarum quelibet per se sufficit ad imutā
dum materiā generationis: sed causa diuisionis est mul-
tiplex. Nam quādoqꝫ est ex multitudine spermatis. Et
iō qñ superat quātitatē nālem spermatis talis animalis
ꝯsequentis ad vnius fetus generationem limitatiōe vir
tutis naturalis: pars vna sufficiens morit̄ ad agēdū ide-
terminatā partē mēstrui vel materie generātis ⁊ alia si
sit sufficiens ⁊ habeat mām paratā aget in aliā: ⁊ separa-
bit: ⁊ per suā vtutē mouet separato motu ad finē alteri⁹
fet⁹ ⁊ seruat aliū nisi fuerit ipedimētū. ¶ Quādoqꝫ. n.
causa diuisionis est densitas cellularꝝ: quarꝝ vnaqueqꝫ
appetit nāliter impleri. Et ideo contingit vtranqꝫ cellu-
lā attrahere separatiꝫ partē sufficiētē ad agendū pro fe-
tus generatione ⁊ separant̄ hoc modo ⁊ fiunt diuersi fe-
tus. ¶ Tertia cā ē diuersitas motuū ipulsiōis spmatis
in hora coitus: ita ꝙ 2ª iniectio nō coincidit in p̄^am: ⁊ ex
perientia notat ꝙ sperma in coitu vno plurib⁹ ipulsioni
bus ipellit̄. ¶ Quarta causa est diuersitas motuum ma
tricis in attrahendo cū titillatiōe ex qua accidit ꝙ pars
vna per illos mot⁹ diuersos ab alia separat̄ ⁊ plurimū est
ita in hoīe ꝙ qñ nō colligunt̄ diuerse partes spermatis
in diuersis cellulis matricis nō fit ꝯceptio m̄torꝝ fetuū:
sed vnius: qꝛ vtplurimū sperma qđ in vice vna emittit̄
nō superat quātitatē naturalē potentem agere vel vnius
fetus generationē. Et ideo nō separatur vtpluṙimuꝫ qñ
in vnā partē vl' cellulā matricis veniūt partes eius: imo
coniungunt̄ ⁊ constituunt vnuꝫ agens totale ad vni⁹ ꝓ-
ductionē: potest tamē aliquando fieri generatio pluriuꝫ
ex pluribus coitib⁹: ⁊ qñ fit superimpregnatio ⁊ ex vno
coitu cum sperma in vnam tm̄ cellulam cadit: vnde in
homine sunt visi multi fetus in cisti vna cōpleti q̄si quā
titate pollicis: vt narrat Auic. 9° de animalib⁹: ⁊ Aristo.
nono de hystorijs animaliū. Et Albertus alamanus nar
rat de tanta multitudine ꝙ vix adhibet̄ fides. ¶ Ex q̄
patet ꝙ in vna cellula ⁊ in vno loco quādoqꝫ diuidunt̄
partes spermatis nō solū ex varijs ipulsionibus viri ⁊ at
tractionibus mulieris vel quātitate superflua cum non
sit verisimiliter duas varias ipulsiones in vno coitu et

sperma abundans a naturali q̄titate in tanta ꝓportione ⁊ attractiones mulieris varias esse tot numero: cū tñ tot ⁊ plures alij fetus humani viui sint in cisti vna in partu vno. Et iō aut supercelestis aspectus aut ꝑmixtio rei extranee separātes in spermate valde vigorose erit aliq̄ñ causa talis multitudinis fetuū. sed illa q̄ sūt tā rara sunt ꝑ nūc dimittēda. ¶ 3° nota ꝙ fetus masculus vtplīm generatur in dextra pte matricis ⁊ femininus in sinistra: ⁊ ecō. Et ad dexterā ptē terminat̄ vena que venit ad dextraȝ mamillā: ad sinistrā vō vena que ad sinistram venit mamillā. ¶ Nota q̄rto ꝙ lȝ ex quacūqȝ vena fieret flobotomia vel euacuatio tandē possunt oēs vene euacuari tñ citi⁹ ⁊ magis vna vena vacuefacta euacuant̄ ille que secū sunt colligate vicine mediante concauitate magna q̄ȝ ille q̄ nō sunt ita colligate. Ex quo pȝ ꝙ subtracto sanguine de pte dextra matricis citius trahit̄ ille qui est in mamilla dextra q̄ȝ ille qui est in sinistra ⁊ ita stat gracilem fieri ex ista causa mamillā dextram nō facta gracili mamilla sinistra: ⁊ ecōtra. ¶ Nota quinto ꝙ matrix in mulierib⁹ hȝ duas manifestas concauitates dextrā ⁊ sinistrā: ⁊ raro mulier parit plures duobus. ¶ Ex his possumus verificare ꝯclusionem: q2 si vna mamilla gracilis fiat significat̄ defectū nutrimēti in altero fetu tm̄ q̄ est in vna concauitate matricis. ⁊ ideo significatur aborsus vni⁹: ⁊ q2 qñ dextra mamilla fit gracilis significat̄ aborsus fet⁹ in parte dextra existentis qui plurimū est masculus. qñ vō sinistra fit gracilis significat̄ aborsus fetus existentis in parte sinistra: q2 vtplīm est femina. Et ideo apparet veritas oīum trium conclusionum afozismi.

Et tu considera ꝙ per hanc mām circunstant multe difficltates naturales.

prima q2 vtplurimum animalia polithoca vel multorū generatiua generāt plures fetus in vna cellula matricis. Monothoca autem cum generant multos generant eos vt nunc dicitur in diuersis cellulis.

¶ Scda difficultas ꝓpter qd̄ fetu nō occupāte oīa orificia venarū matricis cū solū vnius partis venas occupare videantur. nō tñ prodeunt menstrua tēpore pregnationis ī quo multus sanguis mēstruus sup̄abundat in venis matricis precipue circa finē pregnationis: q2 causa assignata afozismi. 25. nō apparet sufficiens.

¶ Tertia est ex quo locuti sumus de īpregnatiōe que fit sup̄ aliā quare fit magis in polithocis q̄ȝ in monothocis. Et q̄rta quare animalia magni corporis plurimum sunt monothoca. ꝑui aūt polithoca si multoꝝ generatio fit ex multitudine spermatis emissi ī coitu vno cū multo plus de tali mā emittant magna q̄ȝ parua quaruȝ solutio querē quarto de generatione animalium: ⁊ quinta particula probleumatum Aristo. Cōmentum Gal.

3° dat causam dictoꝝ. ibi 2ª[In hoc autem discordant.] ibi 3ª[Causa autem.] Quia primo dicit ꝙ per non crescere intendit non redire ad tantam quantitatem ad quantam supple redyssent vel venissent nō facta partis remotione: per consolidari intelligit inuiscari adinuicez ꝛ supple vniri sine medio alterius rationis. ⁋ De 2ª parte dicit primo ꝙ de osse nemo dubitat ꝙ non crescant amissa quadam sui parte. sed discordant de cōsolidatione. quia dicunt posse consolidari: sed tamen dicit ꝙ errant. quia in brutis animalibus in quibus fit ossis fractura ꝛ apparent consolidata si moriant̄ aut interficiantur inuenitur os fractum ꝙ partes eius sunt ligate quasi quedam pellicula que si separetur videbitur ꝙ partes non sunt inuicē conglutinate. Et subdit ꝙ aly sunt qui dicunt ꝙ alia mēbra ab osse dicta supra nō cōglutinant̄: sed bene crescunt in loco vbi dz esse cōglutinatio. s. in loco fixure īcisionis dictoꝝ membroꝝ: lz incisio ꝛ fixura differant. qꝛ incisio est quando est penetrans vsqz ad aliam partem. fixura aūt est absqz penetratione. ꝛ sup. Hippo. loquitur solum de incisione. ⁋ De 3ª parte dicit ꝙ non consolidant̄: qꝛ loca ista. i. membra sunt subtilia ꝛ neruosa: ꝛ non tm̄ propter istam causam. sed quia multum distant abinuicem facta incisione. quia partes contraherentur.

Aforismus. XX.

Sicut in ventrem sanguis effundatur p̄ternām necesse est in saniē cōuerti.

⁋ Cōclusio est. sanguine effuso ad ꝯcauitatē aliquaꝫ p̄ternām necesse est ipsum ꝯuerti in saniē. ꝓbat̄. sanguine hoc modo effuso necesse est ipsum relinqui a regimine nāe. sed h̄ stāte corrūpet̄ ꝛ in saniez ꝯuerteret̄. ergo ꝛc̄. Et hec snīa cōfuse ꝛ a lōge pōt colligi primo de differentys febrium de modis generationis sanici. Et vtilis est ad extrahendū sanguinem cum est effusus in locum p̄ternām cum sciamus ꝙ ibi si maneat in saniem ꝯuertetur. ⁋ Nota tamen specialiter ꝙ per sanguinem intelligimus massam humoralem. aut quartum humorē rubeum ꝛ dulcem nālem. per ventrem aūt intelligimus ꝯcauitatem: in qua nō debet nāliter sanguis ꝯtineri. ꝛ in qua non est aptus regi regimine nature. ꝛ per saniem intelligamus aut veram illam. s. que est bona: aut vniuersal̄r rem ex putrido non reducibili ad benignum genitam modo dicto particula scđa. afo^{mo} 47° circa generationē saniei ꝛc̄. ⁋ Causa aūt verificans est: quia sanguis est calidus ꝛ humidus merito qualitatis facil̄r suscipiēs putredinē: sed a virtute regulante ꝓhibet̄. ergo quādo est in loco in quo virtus non pōt eum bene regulare tūc putrefit ꝛ corrumpit̄. ꝛ per ꝯn̄s in saniem cōuertitur aut veram ꝛ propriam aut malam: sicut in rem nigram quemadmodum in concauo stomachi accidit.

Commentum Galeni.

Hic aforismus in libris.

Gal. in cōmento primo ostendit littere diuersitatem. 2° ponit snīam afo^{mi}. 3° ostendit quid per saniem intelligit. 4° verificat afo^{m}. ⁋ De prima dicit ꝙ h̄ afo^{mus} inuenitur diuersa littera. nam quedam littera habet spatiuꝫ loco ventris ꝛ intendit omne spatium ventris. Et hoc firmatur per illud qđ subdit preternām. ⁋ In 2ª parte infert ex dicto ꝙ sensus Hippo. est ꝙ quando sanguis exit a loco in quo esse consueuit ad locum vbi non debet esse ꝺm nām tunc ꝯuertitur in saniem. Sanguis eniꝫ quandoqꝫ exit a vena ꝛ vena vadit in spatiū qđ est intra venas in quo esse non debet. ⁋ De 3ª dicit ꝙ per saniem intelligit quandam maneriem saniei in qua sanguis exiuit propriam qualitatem. ꝛ supple post putredinem est mutatus in aliud siue sit sanies bona siue non. ⁋ De 4ª parte dicit ꝙ Hippo. bene dixit. quia quando sanguis exit locum suum non seruat propriam naturam: sed permutatur aut in saniem supple bonam aut in rem nigram.

Aforismus. XXI.

Maniacis: hemorroidibus: aut varicibus innatis manie solutio fit.

⁋ Conclusio est ista. In maniacis curat̄ mania per superaduentū hemorroidaꝝ aut varicū. ꝓbatur. per illud curant̄ maniaci per qđ mā manifeste diuertitur aut euacuat̄: sed hemorroides aut varices sunt huiusmodi. ergo ꝛc̄. Et concordiam ꝛ notata collige vt supra illo aforismo melancholicis ꝛ freneticis ꝛ vtrobiqꝫ pro cura itelligatis aut integre aut in parte remittēdo morbum: vel prohibendo augmentum qđ alias esset futurum. per varices autem sunt intelligende preternaturaliter ingrossate valde notabiliter in crure sicut multotiens contingit videre in cruribus portitoruꝫ que proueniunt ex fluxu sanguinis melancholici ad crura.

Commentum Galeni.

Quia ergo natura.

Galen⁹ in cōmento verificat aforismum di. ꝙ quia natura materiam manie de membris nobilibus transmittit ad ignobilia cum transmittit sanguinem melancholicum ad anum vel ad varices. ideo sequitur manie curatio.

Aforismus. XXII.

Quibuscūqꝫ dolores a dorso in cubito transeunt flobotomia soluit.

⁋ Conclusio est. omnes dolores transeuntes a dorso in cubitos curat flobotomia. ꝓbat̄ sic. omnes dolores curat flobotomia: quoꝝ materiam ꝛ causam euacuat: sed omnium talium dolorum causam euacuat ꝛc̄. ⁋ Similis sententia habetur 22ª tertij. capitulo de cura dolorum iuncturaruꝫ circa principiū descriptionis: ꝛ est vtilis ꝛ amplia̅t ad sexus ꝛ etates. debetis tamen attendere ꝙ cum dolor non potest trāsire de subiecto in aliud subiectum. ꝛ ideo per dolores transeuntes a dorso in cubitis debemus intelligere dolores qui fiūt ex materia que faciebat dolorem in dorso que a dorso in cubitos transit. ⁋ Secūdo debetis attēdere ꝙ plurimū materia que hoc mō transit est sanguinea ꝓpter venas magnas quibus mediantibus bracchia sunt ligata cum dorso: lz igitur aliquādo ventositas aliquādo materia catarralis frigida aliquādo sola mala qualitas a partibus dorsi cōmunicaretur cubitis ꝛ faceret dolorē in quo nō ꝯueniret flobotomia: tamen nō tollitur quin aforismus vt in pluribus sit verus: qꝛ vtplurimum materia est sanguini mixta: aut sanguis vtplurimum.

Commentum Galeni.

Loco doloris collectio inuenit̄.

⁋ Gal. in cōmēto p̄mo ponit diuersitates inuētas in l̄ra hui⁹ afo^{mi}. 2° verificat l̄ram stāte vt iacet. 3° verificat afo^{m} ꝺm aliā l̄raꝫ. ibi 2ª[Opꝫ igit̄ māꝫ.] ibi 3ª[Et si hoc loco.] ⁋ Dicit primo in quibusdā libris loco doloris poni collectionem facientē dolorē qđ est inutile dici cū sit impossibile māꝫ notabilis q̄titatis currere. ad hec loca ꝛ nō causare dolorē. ⁋ Aly aūt libri hn̄t dolores aliquādo a dorso se mouēt. qꝛ mā de loco ad locū effluit: ꝛ aliqn̄ est sanies maxima qn̄ cum ea est ventositas grossa ꝛ inflatiua. ⁋ De parte secūda dicit ꝙ quādo dolores mō dicto in afo^{mo} a dorso

transeunt ad cubitos opꝫ purgari materiam per flobotomiam ab interiori cubito sicut Hippo. alibi dixit: ꝙ opꝫ euacuare. vñ nã repit ⁊ per loca ɔgrua. ¶ De tertia parte dicit ꝙ si habeať collectio. ⁊ in hoc dicendũ est: ꝙ opꝫ dolorem esse ꝓpter collectionẽ: qꝛ loca neruosa ⁊ lacertosa essentialiter sunt mã doloris. i. sunt per suã nãm faciliter sensibilia. vñ fiũt facil'r subiectũ doloris: in qbus etiã confert flobotomia ad corpus purgãdũ. vbi vides ꝙ sumit h purgationẽ aliter ꝙꝫ in afo°. zz. prime. qꝛ sumit hic pro omni euacuatione. ¶ Sed forte queritur de qua vena ⁊ de quo cubito an de eodem vel diuerso debeat fieri purgatio. ¶ Respondeť ꝑm Auic. zz[a] tertij loco allegato in concordia ꝙ de vena eiusdem bracchij: qꝛ dixit ꝙ opꝫ euacuari de vena manus vt sanguis euacueť ex parte sue declinationis. i. ad quaꝫ declinat. ¶ Ex quo patet ꝙ h intelligitur aut non existẽte totius plenitudine: nec amplius currẽte materia in quo casu oportet diuertere: vel qꝛ flobotomia fit principaliter pro cura doloris dorsi non pro cura doloris bracchij: qꝛ cuꝫ dorsum sit nobilius bracchio non debemus facere materiam versus dorsum recurrere: sed per locum vbi declinat euacuare.

Aforismus. XXIII.

Si timor ⁊ pusillanimitas multuꝫ habeant tempus habentem melancholicum perficit.

¶ Cõclusio istius afo[mi] est ista. Timor ⁊ pusillanimitas multo tempore durantes faciunt hominem melãcholicũ ꝑfecte. ꝓbatur. illa faciunt perfecte ⁊ integre melãcholicũ que faciũt melãcholicũ humorẽ abundare in cerebro. sed timor ⁊ pusillanimitas multo tẽpore durantes sunt huiꝰ. g̊ ⁊c. Assumptũ circa l'ram ostẽditur. ¶ Quidã tñ introducunt ɔclusionẽ ꝙ Hippo. intendit timorem: ⁊ simil'r pusillanimitatem multum durantem significare completam melancholicã passionem. ⁊ ꝓbať ꝙ significant materiã melancholicã cerebro ⁊ cordi plurimũ cõmunicataꝫ. Et similis sententia colligiť ꝑm primã introductionẽ ꝑma tertij. capitulo de melãcholia. ⁊ iuxta scðam. caplo de signis melãcholie. ¶ Sed specialiter descẽdendo nota ꝙ timor sumiť hic ꝓprie pro passione ɔsequẽte perceptionẽ mali futuri: ⁊ a quibusdã diciť expectatio mali: sed est dolor ɔsequẽs hãc expectationẽ: sed pusillanimitas quãdoqꝫ sumiť ꝓprie vt distinguitur cõtra magnanimitatẽ: qꝛ est passio per quã homo paruificat se in humoribus. quãdoqꝫ aũt sumitur pro tristitia rei apparẽtis male de presenti. ⁊ hoc modo Auic. dixit prima tertij. Ex causis vͦo fortibus in generatione melãcholie sunt superfluitas tristitie ⁊ timoris: ⁊ puto hoc Hipp. hic intelligere. ¶ Nota scðo ꝙ melãcholia est corruptio operationũ cogitatiue ⁊ estimatiue virtutis declinãs ad timorẽ ⁊ malitiã ꝓpter humorẽ melancholicũ. ⁊ hoc modo est cõmunis ad illa que manie ɔiunguñ. ¶ Nota 3° ꝙ quando timor ⁊ pusillanimitas accidunt: hoc est aut a causa intrinseca sine presentia cause extrinsece que deberet talem timorem ⁊ tristitiam facere. ⁊ hoc quando est vltra mẽsurã que inuenitur cõmuniter in homine sano: vel in eo sano qui timet significat melãcholiam. ⁊ si diu durauit significat eã cõpletã. sed qñ non diu durauit: nõ opꝫ ꝙ significet ipsam ɔfirmatã. si vͦo sint a causa extrinseca presente ⁊ diu durent causant melãcholiã: ⁊ cuꝫ hoc significant illam: qꝛ nõ est incõueniens idem esse causaꝫ ⁊ signum: vt alibi ostẽdi. ita ꝙ melãcholia est causa timoris. ⁊ ɔtra timor est causa melãcholie: nõ tñ ꝙ idẽ timor singularis sit cã certe melãcholie cuius ipsemet est effectus: sed timor. vͦbi gratia. ab hostibus causauit humoreꝫ melancholicum qui est causa melancholie passionis. ⁊ ista passio facit ipsum melancholicum de nouo timere. posset tamen dici ꝙ vnum est causa producens vel que produxit. ⁊ aliud est causa conseruans vel augens.

Sed dubitatur tũc primo de modo quo timor ⁊ pusillanimitas sunt causa melancholie. ¶ Scðo quõ econtra melancholicus humor est causa timoris ⁊ doloris vel tristitie. ¶ Ad primũ diciť ꝙ tempore timoris spiritus clauduñ intus ⁊ mouentur motibus per quos subtile sanguinis resoluiť ⁊ ꝓhibetur multa spirituũ generatio: ad hoc sequitur sanguinis ingrossatio: ⁊ multi humoris melãcholici generatio. ⁊ cũ hoc ingrossatio ⁊ terrestrificatio ⁊ spirituum animalium cordis: qui postea cõmunicati cerebro ⁊ inde existentes sunt causa ꝙ generanť animales spiritus non clari: sed opaci nigredine participantes ⁊ tandem faciunt melancholiam. ¶ Pro scðo vͦo dixit Gal. 5° de accidẽti in fine. ꝙ causa est. qꝛ melancholicus humor est niger ⁊ tenebrosus: ideo facit timorem cum est intus: quia tenebre exteriores faciunt timorem. vt pꝫ. ⁊ Auic. prima tertij. loco allegato huic rei videtur consentire cum dixit. ꝙ ille propter cõplexionem melancholicam facientem spirituꝫ cerebri interius. ⁊ facientem ipsum timidum propter tenebrans ipsum sicut tenebre extrinsece sollicitant ⁊ timere faciunt. ¶ Auerrois auteꝫ 3° colliget irridet illos di. Et qui dicunt ꝙ anima terreť propter humorem melãcholicum nigrum sicut terretur homo in obscuro dicũt verba cantatoꝝ. ⁊ dicit ꝙ causa est ꝙ humor melãcholicus facit vnam maneriem complexionis in cerebro vel spiritu per quam homo inclinatur timere ⁊ tristari ⁊ cogitare corrupte. sicut sanguis facit letitiam: non quia illuminet animam aut spiritum: sed propter complexionem quam facit. ¶ Unde subdit paꝝ post dicta. sed est sciendum ꝙ de nã istius humoris melancholici est vt ipsum sequantur hec accidentia: sicut de materia sanguinis est vt eum sequatur gaudium ⁊ letitia. ⁊ non dicemus propter hoc ꝙ sanguis det lumen anime. ¶ Et in hoc mihi placet modus Auerrois. lꝫ putem illum voluisse Gal. ⁊ Auic. sed volunt dare causam: quare mala complexio frigida ⁊ sicca ab humore melancholico facit hec accidentia magis ꝙꝫ ab alia causa. ⁊ posuerunt quandam similitudinem. Tu elige.

Commentum Galeni.

Si quis timorem. Gal. in cõmento ostendit habitudinem timoris a causa intrinseca ad melancholiam. 2° timoris a causa extrinseca. 3° verificat per experientiam. ibi 2[a] [Or si horum.] ibi 3[a] [Multotiens enim.] ¶ De prima dicit ꝙ si timor ⁊ pusillanimitas sint ab itriseco ⁊ ꝑternãm tũc significãt melãcholiã etiã si nõ durauerint multo tẽpore. ¶ De pte 2[a] dicit ꝙ qui sũt a cã extrinseca manifesta ⁊ diu durẽt efficiuñ maniaci. i. cõpleti melãcholici. ¶ De 3[a] pte dicit ꝙ vidit multos incidisse has passiones. s. melãcholie ꝓpter iram odiũ ⁊ tristitiã que fuerunt initium sue passionis. sed maxime in paratis per suam naturã.

Aforismus. XXIIII.

Intestinorum si incidatur aliqͦd gracilium non conglutinatur.

¶ Iste afo[mus] cũ cõmento sunt manifesti ex dictis supra in alio afo[mo]. vesicam incisam. Cõmẽtũ huius afo[mi] incipit. hũc afo[m] Hippocras ⁊c.

Aforismus. XXV.

Erisipillã extrisecus factã: itus ɔuerti nõ bonũ: itrisecus vͦo extra bonũ.

¶ Hippo. duas ponit ɔclusiones. prima est.

Permutatio

Permutatio herisipille de loco exteriori ad interiora nō est bonū. pbaṫ. qꝛ pmutatio rei p̄ternām de loco ignobili ad locū nobilē nō est bonū. ❡ zª pclio. Ecōtra pmutari ab iterioribꝰ ad exteriora est bonū. pbaṫ. qꝛ bonū est mām ꝛ rē preternām permutari de loco nobili ꝛ venire ad ignobilē alijs paribus. Et cōcordia sumiṫ 3ª q̄rti. capitulo de cura herisipille. p pte. ꝛ itegre 16º cōtinētis. caplo p̄mo. ❡ Nota tñ ꝙ hic per herisipillaꝫ intelligimus apa cholericū. ꝛ dupliciter possumus imaginari herisipillam exterius factā ꝯuerti itus. vno mō ꝙ sua materia moueatur ad mēbra: q̄ cōiter dicunṫ intrinseca tanq̄ ad terminū ad quē: sicut epar cor ꝛ similia. Et hoc mō malū semp est herisipillā factā exteriꝰ ꝯuerti itus. ꝛ iō Aui. loco allegato dixit. ꝛ caue cū hic redire facias mām ad membrū intrinsecū nobile. ❡ zº mō potest redire intus: qꝛ ad carnē ꝛ venas sub cute existētes. aut si ad loca que vere dicūtur mēbra intrinseca feratur ad illa tanq̄ ad viaꝫ. ꝛ h̄ zº mō qn̄qꝫ bonū est cōuertere intus herisipillā extra factā vt pꝫ: qꝛ p pharmacum in eius cura talem materiaꝫ euacuare in quo trahiṫ mā de exterioribus ad iteriora: sed sicut ad viā: ꝛ similiter cum repercussiuis minorata materia repellimus intus in venas vicinas: quādo nō timemus ꝙ per illud vadat ad membra que vere dicuntur intrinseca. ꝛ tu nota hic ampliationeꝫ aforismi ex his que dicit Cōmentator in cōmento. Cōmentum Gal.


On hoc ō sola herisipilla.

NCōmētator ampliat afoᵐ. zº laudat Hippo. 3º dat moduꝫ quo est habita veritas afoᵐⁱ. zª ibi[Sed videmꝰ.]3ª ibi[Cꝫ aūt.] ❡ De p̄ma dicit ꝙ hoc dictū nō solū intelligendū est de herisipilla: ſꝫ de oī passione: ꝙ qn̄ mutaṫ ab interioribꝰ mēbris nobilibus ad exteriora ignobilia est bonū: sed si fiat ecōtra ꝙ ab extra moueaṫ intra est malū: ꝛ hec sunt itelligenda ſꝫ modū expositū in aforismo. ❡ De parte zª dicit ꝙ nos videmus in hoc libro multa noiare ad similitudinē ꝛ ad auctoritatē multoꝝ alioꝝ: id est ad auctoriçandum multa alia. ꝛ ideo laudandus de breuitate. In zº dicit ꝙ hoc fuit manifestum per experientiam: sed tñ est apertum. i. clarum rationi. i. ratione. Aforismus. XXVI.

Quibuscūqꝫ in causone tremores fiunt alienatio soluit.

❡ Cōclusio est ista. Alienatio est signū sanitatis in causone cui superuenerit tremor. probaṫ. illud est signū salutis causonis ꝛ tremoris: qđ significat materiei resolutionē: ſꝫ alienatio modo dicto ꝯtingens significat resolutionē materiei causonis. igiṫ ꝛc. Et hāc sn̄iaꝫ habetis ab Aui. zª tertij. caplo de tremore. ꝛ p̄ma q̄rti. caplo de causonide. ❡ Ubi nō ꝙ causon dr̄ a caumate siue incendio: qꝛ est febris plurimi incēdij p̄cipue in partibus cordis. Est aūt causon feb. ꝯtinua pendēs a putredine cholere vel flegmatis salsi in venis cordi vicinis aut in venis oibꝰ totiꝰ: ꝛ diciṫ causon verus qn̄ ē a cholera. ꝛ nō verꝰ qn̄ ē a flegmate salso. ❡ Nō zº h̄ nomē tremor sumi qn̄qꝫ p oī motu ꝯcussiuo mēbroꝝ. ꝛ h̄ mō large dicimꝰ eē tremorē i fortibꝰ rigoribꝰ. nec opꝫ ꝙ oīs tremor sit accidēs v̄tutis volūtarie motiue. qn̄qꝫ aūt sumiṫ pro nocumēto opationis v̄tutis volūtarie motiue: quō sumiṫ a Gal. 5º de accidēti ꝛ morbo: ꝛ morꝰ p̄ter nāliter cōpositus ex motu facto a v̄tute membri motiua volūtaria conāte aliquā facere operationē ꝛ motu facto a grauitate mēbri. vel alia sua nāli dispōne ꝯ inclinationē ꝛ conatū virtutis volūtarie motiue. ❡ Et de h̄ loqṫ etiā Aui. zª tertij describēs ipꝫ in caplo ꝓprio: ꝙ est morbus officialis eueniēs ꝓpter defectum virtutis motiue ꝛ motu lacertoꝝ ſꝫ ꝯtinuitatē cōpar grauitati corpis itromittēti suā motionē in motione volūtaria. ꝛ cōstat cōsiderāti v̄ba Aui. ꝙ abusiue dixit morbū p re p̄ternām. nā tremor est accidēs nō morbꝰ vt cōstat ex Galeno loco allegato. ꝙ si tremor ponaṫ morbus quē talis actio sequiṫ: nō tñ est morbus officialis: qꝛ in natura officiali: puta in figura vel situ vel societate vt dicit Marsiliꝰ: qꝛ pp malam cōplexionē frigidam ꝛ siccā cōtingit tremor vt vult Gal. loco allegato: sed officialis dr̄: ꝛ est lesio mēbri organici in opatione sua: sed tñ de vtroqꝫ potest in aforismo itelligi ꝛ verificari vt diceṫ. ❡ 3º nota ꝙ in causone contingit per viaꝫ crisis mām cōicari neruis. vñ accidit tremor. ꝛ post virtute agitante materiam ꝛ soluente contingit fumos huiꝰ male materie cōicari cerebro ꝛ fieri alienationē. ꝛ ita alienatio q̄ nō durabit nisi tēpore resolutionis māe significabit mām dissolui. vñ fuit tremor. ❡ Si v̄o tremor accipiaṫ pro cōcussione accidēte in rigore qui est in p̄ncipio crisis future p sudorē nā trāsmittēte mām de venis ad musculos ꝛ loca sensibilia tūc res est facilior qꝛ alienatio tūc significat mām iā dissolui: ꝛ in vaporem conuerti ita vt capiti cōiceṫ. ꝛ p ꝯn̄s ꝙ morbus soluitur. ❡ Aui. aūt p̄ma q̄rti dat duos itellectꝰ afoᵐᵒ. vnꝰ est ꝙ si patiēti causonē supueniat tremor alienatio significat ꝙ soluiṫ tremor: qꝛ significat ꝙ cerebrū multuꝫ calefit. vñ nerui calefiūt ꝛ resoluitur mā tremoris: ꝛ ita nō diceret Hippo. ꝙ alienatio significat salutem causonidis: sed remotionem tremoris. ❡ Scōs intellectus est ꝙ si in causone est alienatio: ꝛ supuenit tremor soluiṫ alienatio: qꝛ mā alienationis pellitur ad neruos: sed ſm hunc sensum potius deberet aforismꝰ dicere: alienatio soluitur q̄ꝫ soluit. vide si modi priores tibi placent: que sit itentio Gal. dicetur in cōmento. Cōmentum Gal.

Quibuscūqꝫ alijs ꝓmitto.

❡ Gal. p̄mo excusat se a cōmētatione afoᵐⁱ. zº docet quō alienatio pōt soluere tremoreꝫ. 3º infert aforismū nō eē Hippo. ibi zª[Ego tñ.]ibi 3ª[Sꝫ hic Hippocras.] ❡ De p̄ma diċ ꝙ ipse ꝓmittit quoscūqꝫ alios cōmētari hūc afoᵐ cū ipm itroducūt ꝛ dicūt fuisse Hipp. ad multos alios auctoriçādos siue Hip. ipꝫ fecit siue aliꝰ. ❡ De zª pte dicit ꝙ ipse exponit h̄ mō: qꝛ mā faciēs causonē est itra venas ꝛ artarias: ꝛ ista si mitteṫ ad neruos necesse est ꝙ faciat tremorē p̄. postea cōicata cerebro facit alienationē ꝛ tunc remoueṫ causon. qꝛ non erit amplius febris pendens a tali mā in talibus venis: qđ requiriṫ ad esse causonidis. ❡ De tertia dicit ꝙ Hippo. nō consueuit hoc modo dicere ꝙ morbus soluatur: ꝙ scilicet ipse remouetur ꝛ loco eius remaneat alius non minus periculosus p̄mo: ꝛ ideo supple nō credit ipm fuisse Hippo. Aforismus. XXVII.

Quicunqꝫ empici aut hydropici vrunturː aut inciduntur his effluente sanie aut aqua multa ꝛ repente oino peūt.

❡ Cōclusio est. oēs illi empici aut hydropici q aut vruṫ. i. cauteriçanṫ. aut iciduṫ: a qbꝰ subito fluit: aut aqua multa: aut sanies multa pereunt oino. pbatur: oēs illi patiētes hos morbos pereunt: a qbus subito magna quātitas spiritus dissoluiṫ: ꝛ in qbꝰ sp̄ualia membra valde grauantur. sed oēs empici aut hydropici vsti vel i eis a qbus subito fluit multa aqua vel multa sanies sunt tales. igiṫ cōclusio vera. ❡ Et sīlis sn̄ia colligiṫ zª primi caplo de causis debilitatis virtutis. ꝛ quo ad partē de hydropicis. 14. tertij. caº de cura asclitis. vtilis autē est aforismus mouēdo nos ne in dictis casibꝰ pmittamus multaꝫ materiaꝫ egredi subito. ꝛ ampliaṫ in oī euacuatione ꝛ in

fanie magnoꝝ aꝑatū. ¶ Nota tñ p̊mo ꝙ empici dicunᵗ
oēs habētes collectionē faniei in pectore: maxie qñ in cō
cauitatē magnā pectoris effundiᵗ. qñqȝ. n. tāta eſt faniei
q̄ꝫtitas ꝙ nō ſperaᵗ ꝙ poſſit ꝑ ſputū purgari: ꝛ tūc icidūᵗ
aut iter tertiā ꝛ q̄rtā coſtā: aut iter q̄rtā ꝛ quintā. Qñqȝ
aūt loco icifionis fit aptio cū cauterio penetrāte ad pro/
fundū pectoris. ꝛ in iſto caſu dicit. imo ꝙ ſi permittaᵗ ſu
bito multa fanies exire pereūt oino. ¶ Nota 2° ꝙ lȝ hy/
drops dicaᵗ de tympanite ꝛ de hypoſarcha potiſſime tñ
diciᵗ de aſclite in qua vēter eſt plenus aqua. ꝛ qñqȝ aqua
eſt inobediēs medicine ꝛ tūc ꝯtingit ꝙ medici aperiūt
locū ventris aut cū flobotomo aut cauterio ad aquā ex/
trahendā. ꝛ in iſtis etiā dicit Hippo. ꝙ ſi ꝑmittaᵗ ſubito
multa aqua exire pereūt oino. ¶ Attēde tñ 3° ꝙ non de/
bemus tales curas tētare niſi in deſperatis per alios mo
dos. Quō aūt ꝛ cū quibus ꝯditionibus iſta fieri debent
vide partiȝ. 10ª tertij. ꝛ partim. 14. eiuſdē. ¶ Nota tñ 4°
ꝙ aduſtio ſiue cauteriçatio nō penetrās vſqȝ ad iteriora
eſt ſine periculo in empimate. Et tu vide moduȝ ab Al/
bucaſi ꝛ ab Haliabate qui hoc clarius q̄ꝫ Auic. declarāt.

Commentum Galeni.

Ipp. empicos vocare ſo
let. ¶ Gal. in cōmēto. p̊mo declarat quid ſit
empicus: quō ꝛ cū qbus circūſtātijs ſit icidē/
dus aut vrēdus. 2° oſtēdit que haꝝ duaꝝ ope
rationū ſepius fiat in hydropica. 3° ponit mētē Hippo.
4° vificat parteȝ auctoritate Oxiſtrati. 5° ampliat afoᵐ.
6° aſſignat cauſas veritatis afoᵐⁱ. ibi 2ª [Hydropico vo.]
ibi 3ª [Hippo. in his.] ibi 4ª [Oxiſtratus.] ibi 5ª [Or de
ceteris.] ibi 6ª [Or fieri.] ¶ De prima dicit ꝙ Hippo. cō
ſueuit per empicos itelligere illos qui habēt faniē in me
dio ſpatio iter pectus ꝛ pulmonē ꝛ mōſtrauit quō debēt
icidi in libro qui icipit. ſi vene pulmonis. quē librū aliq
intitulāt de empicis. iſtis tñ empicis nō eſt vtilis inciſio
niſi laborent magno empimate in qbus deſperaᵗ ꝙ poſ/
ſint faniē per ſcreatū expellere. iſti eni patiunᵗ magnas
anguſtias anhelitus: qꝛ ſpatiū pectoris in eis eſt factum
anguſtū propter faniē multā. ꝛ ideo cogunᵗ ad inciſionē
vel aduſtionē. ¶ De pte 2ª dicit ꝙ medici magis cōſue/
uerūt hydropicos icidere q̄ꝫ vrere. ꝛ cauſa eſt: qꝛ in empi/
cis eſt ꝓhibēda putrefactio qō fit per aduſtionē: ſed hoc
nō fit in hydropicis. ¶ De 3ª parte dicit ꝙ Hipp. in iſtis
per inciſionē ꝛ aduſtionē intēdit ſubitā purgationē. i. il/
lā in qua eſt ſubita ꝛ multa euacuatio ꝛ vtraqȝ itēdit ſu/
bitā purgationē ꝛc. cauendā: qꝛ ex eis nō ꝓtēdiᵗ bonū.
¶ De 4ª parte dicit ꝙ Oxiſtratus dicit aliqd maius de
hydropicis: qꝛ ipſe vidit multos perire ſubito captos a
febre ꝓpter multaȝ purgationē ꝛ idē hodie ſepe videᵗ a
temerarijs medicis. ¶ De 5ª parte dicit ꝙ hoc qō eſt di/
ctū h̄ ab Hipp. pōt itelligi de ceteris mēbris ſicut de pe/
ctore ꝙ magno exñte aꝑate in aliquo loco ſi ſubito icida
tur vt exeat multa q̄ꝫtitas ſanguis alias faniei eſt mole/
ſtū qꝛ ſubito icidit ſubtilitates. i. gracilitates ꝑiuȝ faciei
ꝛ defectionē v̄tutis ꝛ vix poſtea de ſe redit. ¶ De parte
6ª ꝛ vltima dicit Gal. ꝙ putat hāc debilitatē ſeq euacua/
ta fanie in empicis: qꝛ dū fanies eſt ibi aperiunᵗ pori ve/
naꝝ ꝛ arteriaꝝ acuitate faniei p̄ſentis: per quos tñ oppo/
ſite ſe fanie dū fanies eſt ibi p̄ſens nō euaneſcit nec efflu
it ſpūs: ſȝ fanie eūata egrediᵗ. ꝛ iſta eſt cā defectiōis eoꝝ.
ꝛ tu h̄ dictū nota: ſed in hydropicis dicit eē ſimilē ſniaȝ.
ꝛ cū h̄: qꝛ aquoſitas in vētre exiſtens portat onus aꝑatis
epatis. qñ epar eſt apoſtematum: ꝛ ſi non ſit portat quaſi
onus ſuum. ꝛ ideo ſi aqua ſubito exeat aggrauatur epar
deorſum. ꝛ ſic etiam ſtomachus ꝛ inteſtina ꝛ trahit ſecuȝ
diaphragma ꝛc. membra interiora in pectore exiſtentia

ꝛ ſic maximam facit debilitatem vnde mors ſequitur.

Aforiſmus. XXVIII.

Eunuchi ñ podagriȝāt neq̄ꝫ calui fiūt
¶ Cōcluſio eſt iſta. in eunuchis nō fit poda/
gra nec caluitiū. ꝓbaᵗ. in his nō fit podagra
nec caluitiū in qbꝰ nō ſunt cāe podagre vel
caluitij. ſed in eunuchis nō ſūt iſte cāe. g̊ ꝛc.
Aſſumptū circa lrām declarabiᵗ. ꝛ hanc ſniam de poda/
gra collige. 22. tertij. caplo de dolorib' iuncturarū: ſed de
caluitio habeᵗ ab Hippo. in libro de humana nā. ꝛ vtilis
eſt afoᵐᵘˢ ad docendū ꝙ nimiū coitū eūtemꝰ tanq̄ꝫ poda
grici ꝛ caluitij cām. ꝛ ampliaᵗ ad arteticā vt dicit in com
mēto Gal. ¶ Nota igiᵗ p̊mo ꝙ ꝑ eunuchos debemꝰ in/
telligere mares q carēt teſticulis: ſiue qꝛ fuerint abſciſſi: ſi
ue qꝛ nō fuerint nati. ꝛ iſti ſūt mares iperfecti: qꝛ nō ob/
ſtāte ꝙ merito cōplexionis radicalis ꝛ plurimū mēbroꝝ
gnātionis ſint apti ad generādū ſibi ſimilē: alio tamē ex
accidēte p̄ternaturam hāc aptitudinē ad actuȝ reducere
nō poſſunt. ꝛ tu ex iſtis ꝯſidera ꝙ ſic: vt nō eſt ipoſſe vnū
indiuiduū eſſe maſculini ꝛ feminini ſexus vt eſt herma/
phrodita: ita nō videᵗ ipoſſibile eſſe qui nō ſit maſculus
neqȝ femella: qꝛ neqȝ habeat ex mēbris gnātionis ꝛ cō/
plexione p̊ma aptitudinē ad recipiēdū in ſe ab alio gene
rationē nec ad gnāndū in alio. vtrū autē ſit poſſibile ali
quē marem ita pertranſmutari vt nō ſit maſculus neqȝ
femina: vel ꝙ mas fiat femīa eſt aliqua queſtio. nā Aui.
vr̄ velle ꝙ cōplo maſculina ꝛ cōplo feminina ſint accidē
tia iſeparabilia: ſed hec magis hñt videri p̊ de gnātione
aīaliū. iō dimitto. ¶ Nō 2° ꝙ eunuchis accidit remiſſio
caloris in toto. ꝛ rō eſt: qꝛ cor hȝ tranſmittere ad teſticu/
los nālr ꝛ multū de ſpū vitali. ꝛ epar multū de nāli. ꝛ ce/
rebrū multū de aīali. ꝛ iſti ex illis in fluxibꝰ ſūt apti reti
nere v̄tutē. Ecōtra recalefaciēdi totū recte ſic ignis i for/
nace ſtuffe ꝓ quāto facit ollas vitriatas multo magis ca
lefacit māſionē q̄ꝫ ſi ille olle vitriate nō fuiſſent ab igne
calefacte. videᵗ tñ calor teſticuloꝝ magis ad q̄ſdā ptes
ſe dirigere. ꝛ iō ex ꝑmutatiōe in tali calore accidit in qui
buſdā ꝑtibꝰ pilos cadē vt in barba ꝛ i qbuſdā nō cadere.
ex qbꝰ pȝ ꝙ fiūt eunuchi ēt humidiores q̄ꝫ forēt ſi eunu
chati nō eſſent minori facta diſſolutione. Seqᵗ 2° multi
plicari flegmata in eis ꝛ ſanguinē fieri grauioreȝ magis
aptū deſcēdere. vñ ꝛ crura ꝛ nates creſcūt in eis. ¶ No/
ta 3° ꝙ lȝ ꝑ coitū debito tēpore ꝛ mō factū extrahantur
ſuꝑfluitates: tñ ꝑ ipſuȝ idebite factū ꝛ ampliꝰ opportuno
p̊mo ſeqᵗ caloris inati diminutio ꝛ v̄tutis digeſtiue debi
litatio. ꝛ maxie i iūcturis q̄ ſunt mēbra nālr frigida ꝛ lō/
ginqua plurimū a fonte caloris. ꝛ in qbus humiditas fle
gmati ꝓportionalis nāc effluit ad eas humectādas ꝛ ſūt
apte motui: ꝛ qꝛ hoies ſūt ad libidinē ꝓclíues. iō habē
tes teſticulos ꝛ potētiā coeūdi cōiter vtunᵗ plus debito
coitu: ad qō ſeqᵗ poſtea ſcōs error q eſt inordinata come
ſtio ꝛ potatio ad ſatiſfaciēdū debilitati ſequēti coitū ꝑꝑ
quā multiplicaᵗ indigeſtio. Et ego multos tā ſenes q̄ꝫ iu/
uenes cognoui q h̄ mō ſūt ad mortē deducti: qꝛ vtēdo ni/
mio coitu debilitanᵗ poſtea ſuꝑabundādo i cibis ꝛ nutri
tiuis multis ipleuerūt venas hūoribꝰ apparatis putredi/
ni in qbus accēſa putredine ꝑ febres pierunt. ¶ Nō 4°
ꝙ podagra ſumiᵗ ꝓ egritudie doloroſa pedū ſumendo
pedē ꝓ pede magno icipiēte a capite coxe ꝛ maxie ꝓ egri
tudine doloroſa iuncture alicuiꝰ i pede. qñqȝ tñ ſumiᵗ ꝓ
dolore cōſequente talē egritudinē. Uñ Aui. qñ de poda/
gra loquiᵗ intitulat capitulū de doloribus iuncturarum
ſiue tamen ſit dolor ſiue egritudo in cōplexione ſiue in
cōpoſitione: ſiue tamen apoſtema nō eſſet icōueniens cō
cedere ꝙ podagra eſt cauſa febris ꝛ accñs catarri ꝛ mor/
bus. ſȝ qō dicit Marſiliꝰ ꝙ dolor nō eſt morbꝰ: qꝛ mor/

bi nõ dicunt̃ nisi dispositiones que sunt oībus membris apte accidere sic̃ mala cõplexio ⁊ mala cõpositio ⁊ solutio ꝯtinuitatis. puto ꝙ nõ sit verꝝ: qꝛ dislocatio est morbus: ⁊ nõ põt oībus accidere: ⁊ multe figure sunt morbi ĩ vno mẽbro que nõ essent morbi in alio mẽbro. ¶ Nota 5° ꝙ cãe podagre aut sũt ex pte mẽbri recipientis: aut ex pte mẽbri mãdãtis: aut ex pte humoꝝ ꝯgregatoꝝ in corpore. vbi grã. ꝯtingit residuo corpe bñ hñte vt pes sit debilis cõpõnis frigide cõplexionis: ⁊ iõ satis de sugfluitate ⁊ nutrimẽto recipiens nõ poterit nutrimẽtũ sufficienter digerere. imo ex eo remanebũt ptes in mẽbro q̃ paulatim cõgregate faciũt ibi malã cõplexionẽ ꝑternaturaꝫ aut malã cõpositionẽ. s. tumorẽ. ⁊ tandẽ faciunt doloreꝫ: ⁊ sic podagrã: cui⁹ radix in corpe non fuit alia dispositio nisi mala dispositio mẽbri: quãdoqꝫ ãt hec est ꝯtracta ĩ natiuitate: quãdoqꝫ ex paterna hereditate: quandoqꝫ superueniẽs ex nimio motu aut nimia quiete. aut alỹs causis mẽbruꝫ debilitantib⁹. ¶ Exemplũ scdĩ. sicut si caput aut epar multiplicarent flegmata multa aut alios humores quos transmitterẽt ad pedes ⁊ alias iuncturas: nõ obstante ꝙ ante trãsmissionẽ essent satis fortes iuncture. tunc dicimus ꝓcedere a fortitudine vel dispositione mãdantis. ¶ Exemplũ tertỹ. sicut si propter regimen malũ in cibo vel potu sint multiplicati mali humores q̱ stimulent mẽbra ad expellẽdũ. ¶ Ex his pꝫ causa quare eunuchi nõ podagriçant vtplurimũ: qꝛ nõ coeundo nõ debilitant̃ iuncture ita sicut multũ coeundo: nõ multiplicant̃ ita per idignationẽ mali humores: nõ ita debilitant̃ iuncture: que tria comprehendũt oẽs causas intrinsecas podagre. ¶ Nota 6° ꝙ caluitiũ cũ sit defectus piloꝝ ꝓpter defectũ humiditatis cutis: cũ ĩ eunuchis nõ ita deficiat humidũ eis abstinẽtibus a coitu quin possint pilos cõtinere: ideo ipsi vtplurimũ nõ incurrunt caluitieꝫ. ¶ Ultimo nõ ꝙ Gal. videtur velle in cõmẽto ꝙ tẽpore Hipp. nõ erat visuꝫ eunuchos podagriçare: sed nostro tempore videt̃: nõ tñ ita sicut in coeuntibus. Cõmentum Gal.

Incisio testiculoꝝ ⁊c. Ga. l. primo verificat partẽ afo^mi^ de caluitio. 2° de podagra ibi 2ª [Podagram.] In ꝑma dicit ꝙ incisio testiculoꝝ in eunuchis assimilat eos feminis. ⁊ iõ sicut femine nõ fiunt calue sepe ꝓpter humiditatẽ ita eunuchi nõ fiunt calui. PODAGRAM. Facit qđ dictũ est. ⁊ ꝑmo ponit modum verificationis. 2° narrat generales causas cum quibusdam spãlibus podagre. 3° ex dictis ostendit qũo se habent hoĩes hodie ⁊ tempore Hippo. ad podagram. In 4° ampliat afori smũ. 5° redit ad vnaꝫ specialem causam podagre. ibi 2ª [Hippo. hic intendit.] ibi 3ª [Sed in tempore Hippo.] ibi 4ª [Quecũqꝫ dicta.] ibi 5ª [Et hereditate.] ¶ In ꝑma dicit Hippo. dixisse podagraꝫ supple nõ fieri eunuchis: qꝛ ita erat in tẽpore suo. ⁊ nõ vidit eos podagriçare: sed hodie euenit eis podagra: qꝛ filỹ nostri tẽporis viuũt in suauitate ⁊ in luxuria ⁊ gulositate. ¶ In 2ª parte dicit ꝙ hec est ĩtẽtio Hippo. ꝙ in oĩbus podagricis est appropriatũ ad frequẽter patiẽduꝫ podagrã. cui pedes sũt debiles. ⁊ ista est vna cã ex pte virtutis passiui vel patiẽte sicut in epilepticis est debile cerebruꝫ: sed tñ nõ necio tales incurrunt podagrã nisi peccauerint in dieta. i. in regimine vite. nã nõ fiunt podagrici nisi cũ humores ad eorũ pedes descenderint qui humores si nõ crescerent ⁊ nõ fluerent. hec passio nõ fieret. ¶ Ex qbus sequitur ꝙ fortissime cãe sunt ad podagrã errores in regimine: ꝓpter quos humores aut multiplicant̃ aut fluũt indebite. ⁊ subdit ꝙ nimia quies ⁊ nimia exercitia sunt inimica huic passioni. ⁊ silr̃ forte vinuꝫ ⁊ maxĩe qñ bibit̃ ante saturitatem cibi: qꝛ si illo tẽpore bibatur maxĩe feriuntur nerui ⁊ loca neruosa. nocet etiã coitus. ⁊ ista q̃tuor specificauit ꝑ q̃ intelligim⁹ alios errores: sed isti sunt magis cõiter contingentes ⁊ fortissimi: nimia quies: cum sit causa debilitandi digestiuam ⁊ retinendi superfluitates: ⁊ infrigidãdi mẽbra: nimius motus calefacit ⁊ dilatat. ⁊ h̓ mõ est causa attractionis ad mẽbra fatigata. vinũ aũt sui amicabilitate ĩtrat in venas ⁊ penetrat in eas ⁊ in cerebꝝ. ⁊ postea in neruos. vbi cũ multa sui humiditate penetret acescit nõ regulatũ sufficiẽter a neruoꝝ cõplexione: ⁊ ideo postea illos infrigidat ⁊ loca neruosa ĩplet. ieiuno autẽ stomacho magis nocet: qꝛ est pungitiuus. ⁊ qꝛ ĩmediate tãgit neruos stomachi: per quos sui fumi facile cerebro cõmunicant̃: ⁊ qꝛ trahit̃ ad venas anteq̃ꝫ sua cõpleat̃ calefactio vt dr̃ 2ª ꝑmi. sũma de pulsibus. ⁊ iõ alba magis nocet: qꝛ magis penetratiua. de coitu satis dictum est supra. ¶ In 3ª parte infert qũo se habent tẽpore suo ⁊ tẽpore Hippo. dicẽs ꝙ tempore Hippo. hĩ. s. podagrici fuerunt rari ⁊ pauci: facientib⁹ h̓ regimẽto ⁊ bona dieta ⁊ cõtinentia qua comedebãt ad sufficiẽtiã corporis: non ad voluptatẽ. sed qꝛ hoĩes nostri tẽporis sunt ꝓcliues ad delectationeꝫ. iõ h̓ tẽpore sunt podagrici inumeri. s. sine numero: qꝛ nimiũ se exercẽt ⁊ fatigant̃ ⁊ inebriant̃ vino ⁊ comedũt plus q̃ꝫ digerere possint ⁊ bibũt vinũ forte. i. vinosum ieiuno stomacho ⁊ vtunt̃ multo coitu. ⁊ si nõ faciant oĩa ista simul: tñ faciẽdo aliqd ex istis duo vel plura sunt nocitiua. ¶ Ex qbus sequit̃ ꝙ lꝫ eunuchi nostri temporis nõ coeant: tamen fiunt podagrici ex nimia delectatione ⁊ gulositate. ¶ De 4ª parte dicit ꝙ illa q̃ sunt dicta de podagra ĩtelligunt̃ ẽt de artetica: qꝛ hoĩes prius fiũt podagrici postea artetici. incipiunt aũt prius a podagra: qꝛ pedes sunt ĩferiores. ⁊ iõ magis receptiui humoꝝ ⁊ cũ h̓ magis laborant portãdo corpus. Et sumit̃ hic artetica pro dolore iuncturarũ aliarũ a iuncturis pedum: sicut ⁊ manus ⁊ alỹs locis. ¶ De vltima pte dicit ꝙ podagra comitat̃ podagrã: qꝛ spmate maculato exñte necio est cã debilitatis pedũ filioꝝ. ⁊ postea addita cã mala regimis duplici cã patient̃: scilicet parẽtis ⁊ suimet culpa.

Dubitatur Utꝝ eunuchi nõ podagriçent neqꝫ fiunt calui. Ad partem negatiuã arguit̃ sic. in eunuchis partes superiores ⁊ capitis exiccant̃ magis q̃ꝫ in nõ eunuchatis alỹs ꝑib⁹. igit̃ magis ĩcurrũt caluitiũ. ꝯñtia tꝫ: qꝛ potissima cã caluitỹ ẽ siccitas ptiũ capitis vt pꝫ 7ª q̃rti. Et assũptũ ẽ Ari. ꝑticl'a 4ª ꝓbleumatũ. c. 3° cũ q̃rit ꝑꝑ qd nimiũ coeũtib⁹ ⁊ eunuchis ledunt̃ oculi ad acumẽ visus. ibi rñdet hac forã. Aut qꝛ his qdeꝫ ꝑꝑ coitũ: his aũt ꝑꝑ excussionẽ supiora sicca fiũt magis q̃ꝫ opꝫ. ¶ 2° sic. in eunuchis ꝑꝑ defectũ caloris mã piloꝝ nõ eleuat̃ ad caput sicut in nõ eunuchatis. igit̃ citi⁹ deficiũt pili. ⁊ ꝑ ꝯñs citi⁹ calui fiũt. ⁊ pꝫ argumẽtũ: qꝛ eis ob illã cãꝫ cadit barba. ¶ 3° arguit̃ ꝙ eunuchi debẽt podagriçare. illi facil'r ĩcurrũt podagrã ĩ qb⁹ plurime mãe currũt ꝑternãl'r ad crura ⁊ ptes ĩferiores: sꝫ isti sũt eunuchi: igit̃ ⁊c. Maior est manifesta: qꝛ iuxta Gal. in cõmẽto ꝑꝑ motũ taliũ mãeꝝ ad pedes fit podagra ⁊ nõ sine illo. Et minor. ꝙ multa mã ad ĩferiora mouet̃ in eunuchis ⁊ ad pedes est Aristo. ꝑdicto ꝓbleumate. ⁊ ꝑticula 4ª ꝓbleumate. 37°. vbi q̃rit̃ ꝑꝑ qd eunuchi vlcerosa crura habẽt. ¶ Cõfirmat̃ ꝙ coitus egritudĩes flegmaticas vt sumit̃ 2o. tertỹ. c. de iuuamẽtis coitus. ⁊ ꝑ ꝯñs qui vtunt̃ coitu minus debẽt illas incurrere. Cũ igit̃ eunuchi nõ sũt hõ. imo priuent̃ seq̃t̃ ꝙ magis ĩcurrunt ⁊ ꝑ ꝯñs podagram.

In oppositum est Hippo. in aforismo.

Pro dubio primo ponã notabilia. 2° ꝯclõnes de quesito. ¶ Notãdũ igit̃ ꝑ° ꝙ eunu-

chus dr̄ ꝓprie hō impfectꝰ.aut carēs testiculis a nā.aut
ab aliq̄ alia cā carēs eis vl̄ hn̄s eos absq; v̄tute testiculo
rū:sicut etati ꝓportionata:qḋ iō addit:q2 pōt fieri eunu
chus ꝑ ꝯstrictionē testiculoꝝ sic dicimus castrari tauros
aut arietes.⁊ diceret̄ eunuchꝰ esto ꝙ illos destrictos te
sticulos hēret.¶ Nō 2° ꝙ vt dr̄ circa l̄ram testiculi cū h̄
ꝙ hn̄t v̄tutē gn̄āndi sp̄ma ēt reflectūt calorē suꝑ toto ⁊
vigorem sui irradicatione calorē cordis.⁊ alioꝝ mēbroꝝ
corpis.⁊ iō ipsis deficiētibꝰ aut destrictis d̄ficit ista vigo
ratio:⁊ effectꝰ multi q̄ hāc vigorationē sequunt̄.vn̄ ipsi
fiūt frigidiores ⁊ leuiores multiplicata hūiditate lenien
te.⁊ tā ī moribꝰ q̄ȝ in corpis hitudie declināt ad feminas.
vn̄ q2 eoꝝ sanguis fit frigidior ⁊ grossior accidit ꝙ magi
fert̄ ad iferiora.⁊ iō ingrossant̄ magis sic nates ⁊ crura ⁊
nō solū nāli grossitie:s; aliqn̄ apant̄ ⁊ fiūt ī eis vlcera:pu
trefcā mā q̄ fluxit ad ea.¶ Nō 3° ꝙ ex caliditate reflexa ī
totū corpꝰ a testiculis accidit humores subtiliari ⁊ fieri
mobiliores.2° accidit neruosa mēbra fieri magis aptorū
poroꝝ q̄ cāe quodāmō ꝑparāt ad egritudies iuncturaꝝ.
¶ Nō 4° ꝙ coitus qn̄q; administrat̄ ꝯueniēter.⁊ qn̄q;
nō.ꝑcipue hic attinet dicere qn̄ administrat̄ discōueniē
ter ꝑꝑ nimiū vsū.s; ex coitu ꝯueniēter administrato se
quunt̄ multa iuuamēta q̄ ponūt̄ ab Aui.2° 3a terty.ca° de
iuuamētis coitꝰ.iter q̄ iuuamēta ē:q' ꝯfert oībꝰ egritudi
nibꝰ flegmaticis.ipse tn̄ quātūcūq; tēperate administra
tus dilatat poros ī toto corpe:qḋ p; ex Aui.loco allegato.
nā ī vna pte dic̄ ꝙ ꝯfert egritudibꝰ melie ꝓpterea ꝙ di
latat:⁊ ꝯstat ꝙ nō loqt̄ d̄ dilatatiōe soloꝝ poroꝝ vritidū
q2 nō eēt ad ꝓpositū.3° dicit ī eodē.c.ꝙ remouet̄ qḋ time
tur de nocumēto coartatiōis fumosi vaporosi:qḋ nō fac̄
nisi aperiēdo:⁊ h̄ idē hr̄ ab Aristo.pticula 4a ꝓbleuma
tū.12.ca°.vbi dixit.q̄re idigestibiliores fiāt magis aptis
poris loquēdo vl̄r de pueris qn̄ coire icipiūt. Accidit ēt
ex coitu quātūcūq; debite admistrat̄ q̄dā fatigatio ⁊ de
bilitatio iūcture.Preterea ī coitu anche magis debilitā
tur alys pibꝰ.p° q2 ꝯstrigunt̄ ⁊ cōprimunt̄ ptes eaꝝ.2° q2
calefiūt ⁊ eaꝝ nutrimētū dissoluit̄ vt p; ab Aristo.pticu
la 4a ꝓbleumate 2°.vbi iste due cāe assignant̄ q̄re ī coi
tu anche maxie ⁊ oculi cōpatiunt̄.¶ Nō 5° vt p; ex cō
mēto ꝙ multe pn̄t eē cāe ꝑꝑ q̄s hoies fiūt podagrici oēs
ꝯtente sub malitia regimīs:q̄rū due aut tres:⁊ credo ꝙ
vna qn̄ ē fortis sufficit ad faciēdā podagrā icurrere.iter
ceteras tn̄ cās maxie coitꝰ supfluꝰ vr̄ fortissima.q2 spiri
tū euacuat q est fundamētū oīu; v̄tutū.⁊ ide seqt̄ super
fluitatis multiplicatio:earūdē agitatio:iuncturarū debi
litatio:⁊ calefactio accn̄talis:⁊ ifrigidatio ꝑ ꝑuationē spi
ritꝰ. Aliq̄ue alie sūt itrisece q̄ ꝑ extrinsecas adiuuant̄.sic
dispō hereditatis ⁊ dispō sine hēditate siue q° ad iunctu
ras siue q° ad mēbra:ī qbꝰ ē v̄tus gn̄ādo hūores.¶ Ulti
mo supponit̄ ꝙ pfectior est hō ⁊ sanior hn̄s testiculos nō
hn̄te.p;.q2 tēperamēto optimū inuenit̄ in nō castratis.
¶ Ex his ponunt̄ q̄dā ꝯ°nes:quaꝝ est hec p°ma.possibile ē
eunuchos pati podagrā. Ista est Gal.in cōmēto ⁊ colligi
tur ab Aristo.pticula 4a.⁊ ꝓbleumate.37.vbi q̄rit ꝑꝑ qd
eunuchi aut oīno non hn̄t aut minꝰ hn̄t ischias.i.sciaticā.
¶ 2a ꝯ° Marsily.peius est ceteris paribꝰ ad podagrā in
currēdū eē eunuchos q̄ȝ hr̄e testiculos.ꝓbat̄.Id est peiꝰ
ꝑ qḋ v̄tus digestiua ē debilior ⁊ iuncture sūt debiliores:
s; cāe eunuchis sūt hꝯ cū per eunuchationē debilitet̄ di
gestiua.⁊ cū ēt iūcture fiant debiliores.¶ 3a ꝯ° Marsily
ad icurrēdū podagrā peiꝰ est oīno nō vti coitu q̄ȝ vti coi
tu moderate ⁊ debite cū oībꝰ debitis circūstantys oīum
mēbroꝝ.ꝓbat̄.q2 h̄ vsu coitus euacuat̄ sola supfluitas.⁊
nō sequit̄ notabilis lesio in aliq̄ mēbro:s; ex abstinētia
oīmoda sequit̄ nocumētū ꝑ̄ferri; in etate debita.g° ꝯ° va.
¶ 4a ꝯ° est ista.vtplīm illi q vtunt̄ coitu sunt magis apti
ad incurrēdū podagrā q̄ȝ eunuchi.ꝓbat̄:q2 vtplurimu;
isti vtunt̄ coitu supfluo:s; illud supflue magis fiūt apti
ad podagrā icurrēdā vt p; ex nocumētis coitꝰ supflui su
pra positis.¶ Uidet̄ tn̄ mihi ꝙ possemꝰ ꝓbabil̄r tenere
ꝙ nō oē corpꝰ minꝰ paratū ē podagre hn̄do testiculos q̄ȝ
nō hn̄do ceteris paribꝰ exceptis nectio hn̄tibꝰ:q2 hūores
eunuchoꝝ minꝰ sūt apti penetrare neruosa loca:vn̄ l; cru
ra fiāt vtpl̄m vlcerosa ex motu mãeꝝ:nō tn̄ incurrūt po
dagrā:q2 mãe grosse exn̄tes.⁊ si in carne; pn̄t penetrare
nō ita pn̄t in neruosa loca.possemꝰ ēt ꝓbabil̄r dicere ꝙ
aliqḋ est corpus in quo est vtilis coitꝰ:qḋ tn̄ corpꝰ quātū
cūq; moderate vtēs illo fit magis podagre apparatū:q2
nō obstāte ꝙ maiora sequāt̄ iuuamēta ꝑ remotionē ma
laꝝ dispōnū cerebri.tn̄ icurrit h̄ spāle nocumētū:nec vi
deo ꝙ ꝓhibeat ꝯtingere ꝙ corpꝰ tēperatissimū facilius
incurrat podagrā q̄ȝ datꝰ eunuchus.l; p̄m sit saniꝰ:q2 stri
ctura poroꝝ ⁊ grossities humoꝝ magis ꝓhibēt euētum
podagre in eo q̄ȝ fortitudo virtutis in tēperatissimo.
¶ Ex his respondet̄ ad argumēta p̄ncipalia.¶ Ad p̄mu;
de caluitio d; dici ꝙ illā cām Aristo.assūpsit tanq̄ȝ ꝓba
bilē.vera aūt cā offuscationis vel obtusionis visus ē gros
situdo ⁊ obscuritas spirituū facta ꝑꝑ caloris defectū.vel
posset dici ꝙ quo ad pilos retinēdos plus facit grossities
humidi ⁊ paucitas resolutionis q̄ȝ motꝰ hūiditatis deor
su; ad eoꝝ casu;:s; in oculis est aliud:q2 eoꝝ hūidu; est
magis fluidū q̄ȝ hūidū cutis. ¶ Ad cōfirmationē dr̄ ꝙ
in eunuchis nō est tātus defectꝰ caloris ꝙ nō possit mā
ꝓ pilis capitis eleuari.¶ Ad 3m p̄ncipale dr̄ ꝙ nō vl̄r in
qbꝰ ampliores mãe currūt ad iferiora sūt faciliꝰ podagri
ci.op;.n.ꝯtineri ⁊ penetrare loca duriora mām podagre
q̄ȝ nō pn̄t penetrare mãe eunuchoꝝ.¶ Ad 4m ꝯceditur
ꝙ coitus ꝯfert in egritudinibꝰ flegmaticis euacuādo ma
teriā:stat tn̄ aliquē determinatū eē in q° agitata mā ⁊ de
bilitata qbusdā mēbris in q° cōmouent̄ aliq̄ue flegmati
ce egritudines ꝑ coitū.vn̄ nō q̄libet coitꝰ ī q̄libet pticu
lari egritudie flatica ꝯfert.Si v° teneant̄ ꝯ°nes Marsi
ly ista argumēta cōcludunt v̄itatē de coitu ꝯueniēter ad
ministrato.⁊ de nō eunuchis debitū ordinē seruantibꝰ:
sed auctoritas Hippo.est ꝓpter indebitū vsum coitus.

Aforismus. XXIX.

Mulier nō podagrizat si menstrua nō defecerunt in ea.

¶ Cōclusio est. Mulier nō patit̄ podagra;
nō deficiētibꝰ mēstruis.Cōclusio ꝓbat̄.Mu
lier nō patit̄ podagrā:qn̄ nō adsūt cāe podagre:s; nō de
ficiētibꝰ mēstruis nō sūt ī eis cāe podagre.igit̄ cōcl'io ve
ra.Et sil'is sn̄ia colligit̄.22a terty.ca° de dolorib' iunctu
rarū.vbi iter cās eoꝝ numerat retētionē menstruoꝝ.Et
est vtilis ad regēdas mulieres vt habeāt debite sua mē
strua.Et ampliat̄ ad alias egritudines a qbꝰ ꝑseruat eas
fluxus mēstruoꝝ:vt dr̄.21.terty.ca° de fluxu mēstruorū.
¶ Spāliter aūt nota ꝙ l; fluxus mēstruoꝝ sit p̄ncipali
ter ad euacuandū illud qḋ gn̄atur in muliere ꝓ nutrimē
to fetꝰ.tn̄ cū hac euacuatiōe nā euacuat ēt alias supflui
tates.vn̄ mulier ꝯueniēter mēstruata multū excusat̄ ab
egritudinibꝰ inter quas est podagra.¶ Nō 2° ꝙ hec in
telligūt̄ ī muliere vtēte bono regimie.nā qn̄q; tn̄ errāt
vt hec purgatio nō sufficiat ꝓhibere podagrā.¶ Ex qbꝰ
p; dictū Gal.in cōmēto:ꝙ afomꝰ verificabat̄ tpe Hip.in
quo ꝑꝑ debitū regimē mulieres nō podagriçabāt nisi de
ficiētibꝰ mēstruis.¶ S; nr̄o tēpore ꝑꝑ indebitū regimē
vt est dictū afom° p̄cedēte nō obstāte mēstruatiōe poda
griçāt.¶ Ultimo nō ꝙ deficiētia mēstruoꝝ pōt eē duo
